TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. **J_MSS_0006**

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

No 6

MSS

Acta Congregationis
Generalis XVII
Societatis Jesu
A. 1751

6. - *Acta Congregationis* generalis XVII Societatis Jesu - An. 1751.

Un volume rilegato in carta, form. in-4. ben conservato: scrittura sincrona. Triplici adjecto Indice — Actionum — Rerum et Decretorum. Uniti fogli a stampa dell'epoca.

Note attribuite da V. Joppi al Padre Gio. Antonio Gorgo, gesuita di Udine.

Padre Gio. Antonio Gorgo, gesuita di Udine.
probabilmente scrisse quelle Note?

Acta
Congregationis Generalis
XVII-

Triplici adjecto Indice = Actionum = Rerum -
et Decretorum

~~Acta~~
Congregationis Generalis
XVII -
Triplici adjecto Indice
Actionum, Rerum, et Decretorum

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

BIBLIOTECA CIVICA UDINE

Acta Congregationis Procuratorum
Anni 1746.

Novennium a coacta ultima PP. Procuratorum Congregatione interlapsum est: gliscentes enim per totam ferè Europam bellorum tumultus a celebrandis tertio quoque anno comitiis hujusmodi, quod Nostris legibus sanctum est, omnino prohibuere. Quare ab anno 1737, ex dispensatione Apostolica; nullus fuit Patrum ~~Congregatorum~~ Procuratorum Coetus convocatus. Iam cum primum licuit, die 15.ª Novembris currentis anni 1746., ex formula prescripto, inchoando Patrum Procuratorum Conventui constituto, admodum Rev. Pr noster Generalis ad cubiculum suum hora 23. PP. Assistentes, et Procuratores omnes Provinciarum, quotquot advenerant, advocavit. Advenerant autem ex multis, at non ex omnibus Europae Provinciis. Aliis enim liberum non fuit, Procuratores suos Romam mittere; aliis comitiis etiam Provincialibus ad Procuratorem eligendum celebrandis, aditus omnis interclusus est. Quare ab eligendis Procuratoribus, et cogenda ad eum finem Provinciali Congregatione, sibi abstinendum duxerunt; et ut abstinere liceret, justas ob causas, impetrarunt Provinciae nonnullae, Anglica, scilicet, Flandrobelgica, Gallobelgica, Rheni utriusque Superioris et Inferioris, Boëmica, Lithuanica, Francia, Lugdunensis, Tolosana, Aquitanica

BIBLIOTECA

Campaniæ, Toletana, Aragoniæ, Mediolanensis, et veneta.

Itaque statutâ horâ PP.es omnes Assistentes, ac Provinciarum Procuratores adfuerunt, exceptis Patribus Provinciæ Castellanæ, Paraquariæ, et Peruanæ, qui nondum advenerant. Omnes admod. Rev.s P.r noster amantissimis verbis excepit, et de felici eorum, tot itinerum superatis incommodis, in Urbem adventu gratulatus est. Addidit, pro sua humanitate, et gratiarum actiones, quod Religionis bono consulentes, longum, et hisce temporibus periculosum iter arripere non recusassent. Adjecit, sperare se, omnia in Coetu isto prospere in D.O.M. gloriam, et Societatis bonum processura. Tandem, publicata pro Congregatis omnibus SS.mi D.ni Nostri Benedicti 14. benedictione; petiit, an censerent, expectandos esse ad Congregationem inchoandam Procuratores Paraquariæ, et Peruanæ, quos constabat non longe abesse; nam de P. Procuratore Prov.æ Castellanæ nulla erat spes proximi adventus. Omnium suffragio judicatum fuit, duos illos expectandos esse, et sessionem habendam die 18.a, vel 19.a arbitrio admod. Rev.di P.ris nostri. Atque ita Patres benignè dimisit.

Sessio Prima

Die 19.a Novembris hora 16.a ab admod. Rev.o P. n.ro post duorum Procuratorum, qui expectabantur, adventum, decretâ, PP.es omnes Assistentes, et Provinciarum Procuratores ad signum aeris campani convenere

BIBLIOTECA ... IULES

ad Archivum his comitiis celebrandis designatum, et, ordine Professionis servato, prout singulos, ex catalogo publice exposito, Pater Secretarius alta voce monebat, ingressi sunt; ubi recitato ante Christi e cruce pendentis effigiem ad opem divinam implorandam alternatim, et voce demissa, Hymno Veni Creator cum oratione de Spiritu sancto, factaque brevi ad intemeratam Virginem Deiparentem prece; omnes consedere, ordine a formula designato, et ante Archivi fores exposito, scilicet

In Medio

Admod. Rev. P. noster Generalis Franciscus Retz

Ad ejus dexteram PP. Assistentes

P. Carolus Dubois Galliae
P. Ignatius ~~a Costa~~ de Silveira Lusitaniae
P. Petrus de Cespedes Hispaniae
P. Leonardus Tschiderer Germaniae
P. Ignatius Vicecomes Italiae

A Sinistris PP. Procuratores

P. Franciscus Mosin Germaniae Superioris
P. Josephus a Costa Lusitaniae
P. Josephus Sotgia Sardiniae
P. Ludovicus de Bascomellos Malabaricae
P. Antonius Vanossi Austriae
P. Martinus Garcia Beticae
P. Josephus Domaradzki Poloniae
P. Antonius Timoni Romanae
2 P. Franciscus Xaverius de Paz Mexicanae
1 P. Vespasianus M.ª Trigona Siculae
P. Franciscus Xaverius Turco Neapolitanae
P. Ladislaus Oros Paraquariae
P. Josephus Atzugaray Peruanae.

BIBLIOT...

Hos isto ordine assidentes allocutus est admod. R. P.
noster Franciscus Retz oratione charitatis, dignitatis, ac
zeli plena. Primo quidem paterna dignatione, iterum gra-
tulatus est, quod sospites, et a periculis omnibus immunes
D.O.M. e suis Provinciis ad Urbem adduxerit PP. Procu-
ratores, quodq; in eorum selecto coetu contractam Socie-
tatem viderit, et audiret. Deinde multa per ordinem, eaque
insignia, divinae Liberalitatis beneficia in Societatem nostram
numeravit. Quod immutatum Institutum, et Constitutio-
nes, a Sancto Parente nostro conscriptas, tot inter pro-
cellas, illaesas servarit; quod tot viris pietate, sanctita-
te, ac doctrina insignibus illustraverit; quodque a Socie-
tatis ortu ad haec usque tempora operarios eidem stre-
nuos concesserit, qui Majorem Divinam gloriam omni cona-
tu amplificarint, ejusque Sanctum nomen scripto, voce,
sudoribus, sanguine ipso ad extremas etiam Regiones ado-
randum invexerint. Nec praetermittendum illud, quod no-
stris hisce temporibus, ubiq. gentium tam ingens extet
Animarum fructus e Missionum, et exercitiorum usu, ut
vix jam locus illis reperiatur, qui stabiles exercitiorum
Domos aut non habeat, aut non exoptet. Postremo inter
divina beneficia merito recensuit, quod divum Joannem
Nepomucenum Societati nostrae Patronum concesserit,
in quo illa boni sui nominis, ac famae adversus acerri-
mos oblocutores, quorum ubique, et quotidie periculosi
in eandem impetus fiunt, eximium habeat, fidissimumq;
Custodem.

Tot ergo beneficiis gratos nos esse oportere monuit,
et gratos certe futuros pronunciavit, si ad eam, quam
Constitutiones nostrae exigunt, perfectionem, nostram simul,
et proximorum nostrorum, totis viribus incumbamus.

Atque hic omnem Orationis summam eo convertit,

BIBLIOTECA
CIVICA
UDINE

ut ostenderet, quanti momenti fuerint apud Sanctum Parentem nostrum, Majoresque nostros omnes ad progressum in virtutibus, ac religiosâ disciplinâ servandam, et ad uberrimos Animarum fructus colligendos triennalia ista Procuratorum comitia. Duplicem quippe esse horum Conventuum scopum, et finem: Alterum ut per Procuratores Supremus Societatis totius Praeses doceatur de statu Provinciarum, ut cognitae, si quae alicubi acciderit, observantiae relaxationi zelo suo occurrat, auctoritate, ac providentia: Quod enim utilitatis in aliis Religionibus visitationum excursiones praestant, hoc in Societate praestant Procuratorum triennales Conventus. Alterum, eundemque praecipuum, ut per ~~Procuratores~~ Congregatos Patres decernatur; cogendane sit Congregatio Generalis; si, videlicet, perpensis Provinciarum votis cognoverint, talia Societatem universam passam esse detrimenta, aut eam passuram timeri, quibus satis mederi non possit Supremus Societatis Praeses, collato cum Patribus Assistentibus consilio. Tandem, relinquere se testatus est, omnem Congregationi in decernendo libertatem, sibique gratum fore quidquid, majus Dei obsequium, et Societatis bonum semper intuendo, fuerit in Domino judicatum.

Efficaci hac oratione absoluta, quaesitum est, num qui adsunt plenam faciant Congregationem? et rursus, num supplendi sint defectus, si qui fortè irrepserint? et communi omnium calculo judicatum, plenam, ac legitimam Congregationem esse; et, si qui fuerint, supplendos esse defectus, et defacto suppleri.

His de more ex formula praescripto peractis, progressum est ad Secretarii electionem. Congregatorum

schedulas surrexit Professorum novissimus P. Josephus Atrugaray Peruanæ Provinciæ Procurator, vocatus interim ab admodum Rev. Pre nostro Generali Professorum antiquissimus P. Carolus du Bois, qui collecta suffragia primo numeravit, tum ostensa singillatim admodum Rev. Pri nostro, recitavit palam, et pluribus suffragiis electus, in Secretarium, renunciatus est P. Vespasianus M.a Trigona, qui vocatus, ad sinistram admodum Rev.i Pris nostri assedit, ejusq. jussu, intelligibili voce, recitavit Decretum Urbani 8. de observantia, et executione Apostolicarum Constitutionum, et Decretorum ad Officium sacræ Inquisitionis pertinentium, una cum Decreto Clementis X. de non conscribendis rebus ad missiones spectantibus sine speciali Sedis Apostolicæ licentia; deque non imprimendis alibi libris, qui forte in Urbe scripti sunt, absque Magistri sacri Palatii facultate.

Quæsitum est tandem, num placeret Patribus, alteram sessionem indicere in diem 22. Novembris, quartam ab inchoata Congregatione? et communi omnium consensione pro 2.a sessione decreta est dies 22.a Novembris hora 16. Factaque ad Deum brevi precatione, dimissus est Conventus, et a Secretario in loco Congregationis combusta suffragiorum schedula.

Sessio Altera

Statuta ejusdem Martij die 22.a, hora 16. ad domesticae campanae pulsum, in eandem Archivi aulam convenere Patres, ubi post recitatas easdem preces, eodemque modo, quo in prima sessione ad Dei, Immaculataeque Virginis Deiparae implorandam opem, singuli loco suo considentes audiverunt Secretarium legentem acta sessionis primae, quae fuerunt ab omnibus approbata. Lectum deinde fuit novum Decretum (quod unum legendum superaverat) Benedicti XIV editum anno 1745. quo confirmatis contra abutentes Missae sacrificio ad sortilegia, vel Poenitentiae Sacramento ad sollicitationem aliis a jure, vel per Apostolicas constitutiones impositis poenis, eosdem insuper perpetuae inhabilitate afficit ad sacrificii celebrationem.

Tum de secreta suffragatione pro cogenda, vel non cogenda generali Congregatione agi coeptum; quod negotium ut rite, expediteque transigeretur, monuit admodum R.dus P.r noster Generalis, signandas esse schedulas utrimque, praecisque his verbis: Cogenda, vel Non cogenda; sive: Cogatur, vel Non cogatur. Ad impetrandum vero coeleste lumen, quo clarius dete-geretur divinae Voluntatis placitum ad majorem Dei gloriam, majusque Societatis bonum, per quadrantem horae, quod formula ipsa praescribit, in secreto cordis

singuli oraverunt. Factaque oratione, scripserunt omnes, complicaveruntque schedulas suffragii quisque sui, quas collegit Secretarius, altaque voce numeratas, tradidit admodum Rev. Pri nostro, qui singulas aperiens, et sibi assidenti Professorum antiquissimo ostendens, tradebat Secretario, alta voce enuncianti, ac proprie tradenti quod in unaquaque continebatur. Omnibus recognitis, et adnotatis, communis fuit omnium sententia, nemine in contrariam partem abeunte, Congregationem non esse cogendam. Atque in hunc sensum formatum fuit, et Congregationi promulgatum Decretum de non cogenda.

Eo praecipue negotio unanimi omnium consensione concluso, admodum Rev. Pr noster, sibi, et omnibus maxime gratulandum enunciavit, quod non sit in universa Societate tale detrimentum, cui restaurando Congregationis generalis auctoritate sit opus. Id autem satis conjici posse ex hac ipsa animorum, ac judiciorum concordia, quam coelesti lumine, et inspiratione divina in omnium, ac singulorum mentes immissam, credere aequum est. Atque ex eo novum Divinae in nos beneficentiae argumentum patescit, quod, scilicet, vigeat adhuc in filiis Sancti Parentis Spiritus, Christi nimirum Spiritus in mutua charitate, ac dilectione fundatus.

Ut autem maneret semper in nobis observantiae, et dilectionis Spiritus, duo proposuit. Alterum, quod si cui ex Patribus Congregatis aliquando contigerit, aliquos

proponere ad regimen sive particularium Collegiorum, Seminariorum praecipue Religionis, qualia sunt Scholasticorum, et Novitiorum Domus; sive Provinciae totius, nullo prorsus respectu habito ad particulares affectus, studia, aut Necessitudines, sed omni deposito privato studio, eos solum proponat, quos aliis ad id muneris praeteris in Domino judicaverit. Non enim legibus sanctae illae sint, sed legum observantia Religionis incolumitatem conservari, ejusque bonum promoveri. Hanc autem a bonis Superioribus pendere, cum non sit, qui dubitet; unusquisque facile intellecturum, quantam res ista fidelitatem, ac diligentiam in proponendis universae Societatis Praepositis viris ad gubernationem maxime idoneis requirat.

Alterum quod ille pietatis, ac devotionis spiritus retinebatur, quem in rebus spiritualibus peragendis, in faciendo praesertim Sacro tam magni faciebat Sanctus Pater noster Ignatius, ad augendam scilicet nostram cum Deo conjunctionem, et mutuam inter nos Charitatem fovendam. Ego quidem ex eo solum sibi [illegible] praesenti consolatione, quam a Patrum Congregatorum conspectu hauriret, non nihil detractum dolere, quod ex Provinciarum statu comperisset, nonnullos saepissime a sacrificando abstinere, quod ubi non oportet nisi corporis causa, [illegible] remissione Spiritus fiat, timendum, ne non procul absit fervoris, et observantiae interitus. Quare ne vitium istud invalescat in Societate, optare se, ac velle, ut Patres Procuratores ad suas Provincias reversi, Provinciales suo nomine moneant, curandum illis omni studio esse, ne Sacerdotes nostri, nisi forte gravis aliqua, et legi-

tima causa intervenerit, a sacrificio quotidie celebrando abstineant.

His autem admonitionibus opportune praemissis, ad retinendum diuturnius laudatam animorum unionem, ejusque fructum vel etiam post mortem percipiendum, adjecit, placere sibi, PP. omnibus congregatis pactum proponere, quod prioribus duabus congregationibus proposuerat, ut singuli nempe superstites, cum mortem alicujus ex praesentibus intellexerint, praeter consueta suffragia, sacrum offerant; quod pactum mutuo animorum consensu et gaudio initum est.

Tandem P. Ps interrogavit: An aliquid in congregatione proponendum occurreret. Et an placeret sessione ista finem imponere congregationi, remisso Patribus Assistentibus examine praesentium actorum secundae sessionis? Responsum ab omnibus, nihil occurrere congregationi proponendum, et placere eidem finem imponere, nec non PP. Assistentium judicio haec acta comprobanda relinquere.

Cumque admodum R. P. noster PP. Procuratores admonuisset ne de die discessus ex Urbe ante statuerent, quam viderit ipse eos et quando SS. dno nro libuerit, eos ad osculum pedum admittere, atque Apostolica benedictione ditare; sessioni, ac conventui finis est impositus, recitatis alternatim hymno Te Deum, aliisque precibus in gratiarum actionem, cum oratione de B. Virgine, deque sancto Parente nostro Ignatio. Atque ita soluto coetu, Patres ex archivo discessere et Secretarius, ex formula praescripto, suffragiorum schedulas in ipso congregationis loco igni tradidit comburendas.

Sexto post ultimam sessionem die SSmus Dnus noster admodum Rev. Patri nostro promisit, admissurum se Patres oẽs congregatos ad pedis osculum in ipsa nostra primae Probationis domo,

cujus Templum in honorem S. Andreæ Apostoli est erectum, die 30. Novembris ejusdem sancti Apostoli festivitati sacrâ. Itaque admoniti Patres, statutâ horâ convenere, et ad Templi fores humiliter excepere Ssmum Dnum, qui post adoratum venerabile Sacramentum, ac Reliquias sancti Apostoli, et S. Stanislai, ad ejusdem Templi sacrarium se contulit, ubi paratum Thronum invenit, ibique sedens, omnium primum ad pedis osculum admisit admodꝰ Rev. Prem nostrum, qui se, totamque Societatem Sanctæ Sedi devinctam obtulit. Tum PP.es Assistentes, P. Secretarium, ac P. Procʳᵉᵐ Generalem, a quo scriptam Indulgentiarum petitionem benignè accepit Ssmus, et acceptam legit; et interim ad osculandos pedes accedebant PP.es Procres. Post hos admissi etiam fuere Fratres PP.um Procuratorum Socii. Ille verò, vultu ad hilaritatem, ac benignitatem composito, singulos excipiebat. Absoluta tandem pedum exosculatione, Ssmus ad omnes conversus, gaudere se, dixit, quod tales Societatis viros e longinquis suis Provinciis ad Urbem advenientes exceperit, ac sua benedictione donaverit, quos etiam

[library stamp]

optatis indulgentiarum thesauris, se ditaturum pro-
misit: et, cunctis prosperum ad suas Provincias re-
ditum apprecatus; iterum, atque iterum omnes sua
benedictione cumulavit. Atque ita, comitantibus
Patribus omnibus, ex consueta domus janua discess-
sit. Postero autem die rescriptum transmisit, quo,
petitis in supplici libello benignè annuens, con-
cessit admod. Rev. Pri nro, cuilibet ex Patribus As-
sistentibus, P. Secretario, P. Procuratori Generali,
et omnibus, ac singulis Provinciarum Procura-
toribus duodecim millia Indulgentiarum plena-
riarum, Fratribus verò eorum omnium sociis quin-
gentas hujusmodi Indulgentias, religiosis viris,
aliisve fidelibus pro libitu applicandas.

9

UDB
10

UDINE

Decreta typis dandae vetita Congregationis
Gen.lis expressa, atque ac R.do P. N. et PP.
Assistentibus facultate ~~...~~ Congr.is fit
ipsis facta a Congr.e seq. ult.e recogni-
tae, approbatae, atque impressi jussae

Decreta

Congregationis XVII. Generalis.

Cum die 19. Novembris 1750. diem obiisset ex-
tremum R. P. Noster Franciscus Retz, renun-
ciatusque fuerit cum potestate Vicarii Generalis
R. P. Ignatius Visconti, quem ille, scripto alla-
Gener. Congr. occasio — velicto, atque a Patribus Assistentibus recognito,
nominaverat; Is de Patrum Assistentium Con-
silio Congregationem Generalem ad novi Prae-
positi electionem indixit in diem Sancto Aloysio
Gonzagae sacram, vigesimam primam Junii Anni
1751. Qua die ex omnibus plane Europae Pro-
vinciis adfuere Provinciales, seu Vice-Provin-
ciales, atque Electores omnes. Quare fuit con-
sequenti die inchoata Congregatio.

I. Actol. et B. in M. S.

Postquam vero plenum, pronunciassent Patres,
atque legitime congregatum coetum, ad plura
electiones variae — suffragia electus est P. Secretarius electionis
P. Vespasianus M.a Trignanimus Elector Pro-
vinciae Siculae. Tum electi eodem modo sunt
P. Philippus Antonius Orlandi Elector Provinciae
Romanae, qui ipso electionis die orationem
habuerat, et P. Hieronymus Ridolfi Vice-Praepo-
situs in Romana Professorum Domo, qui ele-
ctores eo die includeret. ~~Elector~~

Pluribus item secretis suffragiis pro detri-
mentis recognoscendis ex singulis Assistentiis
designati fuerunt: Ex Italica P. Aloysius Centurio-
ne Provincialis Provinciae Mediolanensis; ex

Germanicae P. Gaspar Hoch Provinciae Rheni Superioris Moderator; ex Gallicae P. Petrus Claudius Frey Praepositus Domus Professae Parisiensis, et Provinciae Franciae Elector; ex Hispanae P. Alexander Laguna Provincialis Toletanae Provinciae; et ex Lusitanae P. Joseph de Andrade Provincialis Lusitanae Provinciae. Demum delectus Assistens electionis P. Joannes Antonius Timoni Romanae Provinciae Moderator.

II. Act. 4. in M. S.

Praefinito die 4. Julii, quae in diem Dominicam hoc anno incidit, invocato Deo more quotidiano, atque omnibus rite servatis, quae in formula ex Constitutionibus, ac Decretis praescribuntur, laudabili animorum consensione longe pluribus medietate suffragiis, ~~[illegible]~~, primo scrutinio electus est in Generalem Praepositum R. P. Ignatius Vicecomes. Mox quod formatum fuit super ea re decretum, subscriptumque a Secretario, ac promulgatum. Electio Praep. Gener.

III. Act. 5. et 6. in M. S.

Electus est Congregationis Secretarius idem ipse, qui fuerat Electionis P. Vespasianus M.ª Trigona, cui additi sunt socii P. Andreas Gaspar Rector Collegii Burdigalensis, et Elector Provinciae Aquitaniae, et P. Gaspar Joseph Gagna Rector Collegii Taurinensis, et Elector Provinciae Mediolanensis. Electio Secretarii Congr.

Deinde deputati sunt ad postulata secernenda pro quinque Assistentiis: pro Italica P. Joannes Antonius Timoni Provinciae Romanae Provincialis; pro Gallica P. Leonardus de Ma… Provinciae Aquitaniae Provincialis; pro Germania Electio Deputatorum ad postulata secernenda

P. Stanislaus Soppiel Provincialis Poloniae Provinciae; pro Hispania P. Martinus Garcia Provincialis Provinciae Baeticae; et pro Lusitana P. Ignatius de Silveira Assistens singulis singulis scrutiniis.

IV. Act. 7. pt. 8. in M. S.

Electio Assistentium. Die jam ante statuta, undecima Julii, ultima, nimirum, quatriduo capiendis informationibus destinati, omnibus servatis quae ad Assistentium electionem servari debent, electi sunt Assistentes, pro Italia P. Aloysius Centurione Provincialis Mediolanensis Provinciae primo scrutinio, pro Germania P. Leonardus Zeshiderer tertio scrutinio, pro Gallia P. Joseph Joachim de la Grandville primo scrutinio, pro Hispania P. Petrus de Cespedes secundo scrutinio, qui hoc eodem munere proxime ante functi fuerant. + Pro Lusitania secundo scrutinio P. Joannes Cyman Rector Collegii Scalabitani absens.

+ qui omnes juramentum pro more praestiterunt.

Admonitoris electio. Tum vocati sunt ad Congregationem P. Joannes Scotti Secretarius Societatis, et P. Joseph Augusti Procurator Generalis. Postremo electus est primo scrutinio Admonitor P. Ignatius de Silveira, is, qui fuerat Lusitaniae Assistens.

V. Act. 9. in M. S.

Procurator Generalis intra numerum ... Congr. Prov. Petitum fuit an Procurator Generalis ~~ex dignatione Professus, et fuerit ex Romana Provincia~~ si Professus fuerit, et ex Rom. Prov. ... assumptus, qui jure Professionis competit ingredi Congregationem Provincialem, ingredi debeat intra numerum praescriptum a Canone 16. Congr. 5., ut statuit Congreg. 6. decr. 25. § 11. An vero extra eum numerum, ut statuere videtur Congr. 2. decr. 48. Post accuratam hac super re discussionem, censuit Majori ex parte Congregatio, Procuratorem

Generalem in casu opposito ingredi debere intra numerum juxta citatum decretum Congr. 6., nec obstare decretum Congr. 8., in quo sermo esse videtur de Procuratore aut ex diversa a Romana Provincia assumpto, aut ad Congregationem accedente jure sui Muneris, non Professionis.

VI. Act. 18., et 20. in M. S.

Is, qui gravem poenam sustinuit a Superioribus Societatis impositam ob gravem culpam, cui gravis infamia adnexa est, etiamsi poenam absolverit; si tamen adhuc durat gravis infamia, censendus est ita impeditus, ut nec vocari possit ad Congregationem Provincialem, nec ab aliis eligi in Procuratorem aut Electorem. Porro de hoc impedimento gravis infamiae perseverantis post expletam poenam, judicent ii, qui de impedimentis judicare debent. Et de incarceratis, deque iis, qui actu subeunt poenam gravem (x) statuit Congr. 16. decr. 12 [illegible]

Qui gravi infamia tenetur nec ad Congregationem vocari nec ab aliis eligi potest.

x a Superioribus Societatis

VII. Act. 28. in M. S.

Quaerentis Provinciae nomine postulatum fuerat an ejus Provinciae Moderator post triennium, aut etiam quadriennium suae gubernationis expletum, regere nihilominus debeat Provinciam cum nomine et praerogativis Provincialis, si successor adhuc publice renunciatus, utpote vel extra Provinciam existens, vel longinquis missionibus occupatus, nondum acceptavit, aut eam acceptasse non constat. Vel si, [illegible] sequentis gubernationis literis, ii, qui nominati sunt, mortem obierint. An vero in iis casibus Provincialis, qui quadriennium absolverit, gubernare tantum debeat instar Vice-Provincialis, ac proinde in provincialibus comitiis jure passivo gaudeat?

x jam

Censuit Congregatio, nihil hac super re de novo statuendum, sed standum juri antiquo pro universa Societate statuto (cum nihil peculiare statutum sit pro ea Provincia) Ex nostro autem jure constat, quod non expirat Antecessoris Auctoritas nisi cum inchoatur Auctoritas Successoris: Nec Auctoritas hujus

Expleto gubernationis tempore non expirat Antecessoris auctoritas nisi inchoatur auctoritas Successoris.

inchoatur, nisi a die authenticae renunciationis ex can. 10. Congr. 8. Licet ergo in casibus a postulato appositis successor dici non possit authentice renunciatus; declarat Congreg. antecessorem in iis casibus etiam expleto quadriennio perseverare in munere Provincialis (nisi aliter in literis novae designationis cautum sit a R. P. Nostro) ac proinde, eum gaudere jure passivo in provincialibus Comitiis. Declarat nihilominus Congregatio, quod non intendat decreto isto derahere R. P. Generalis authoritati.

VIII. Act. 31. in M. S.

Cum dubitaretur penes quem sit potestas judicandi de inhabilitate Assistentium, aut Admonitoris, si quando ob gravem infirmitatem, aut senium rebus sui muneris vacare non possint, nec aliquando vacaturi sperentur; ut, si absolutionem a munere ipsi tunc non petierint, possit, ac debeat Praepositus Generalis ad ea detrimenta vitanda, quae societati universae obvenire possent ex eorum inutilitate diuturnius tolerata, alios in eorum locum, servata juris nostri forma, substituere; Declaravit Congregatio decreto isto, potestatem hujusmodi esse penes Praepositum Generalem, #sicut ad ipsum spectat judicare de Assistentis indignitate, ut colligitur ex decreto 87. Congr. 1.

Potestas judicandi de Assistentium et Admonitoris inhabilitate penes Praep. Gener.

\# servata juris nostri forma quemadmodum ad ipsum [illegible]

IX. Act. 16. et 17. in M. S.

Si contingat, ut aliquando (quacumque ex causa, id accidat) nullus sit in Collegio aliquo, aut Domo legitime designatus Superior; statuit Congregatio, Superioris jurisdictionem (spiritualem, scilicet, et quoad externam Domesticam disciplinam, non vero quoad gravia negotia peragenda, aut conficienda instrumenta) remanere penes Sacerdotem antiquiorem, ducta antiquitate ab ingressu in Religionem, quod si duo pares sint antiquitate, illi attribuenda est jurisdictio, qui

CIV.

~~primum ... continuit ... in collegiis.~~

Quae (donec) [illegible] Sodalis admonitus (talis autem Defuncto induci debet ab ipso Sacerdote antiquiori qui praesens in collegio) omni tempore adeat. Declarat autem Congregatio exemplo [illegible] dec. 56, non comprehendi praesenti decreto [illegible] Provincias extra Europam, et utraque Collegia ac domicilia. Servanda quoad Provincias, et Collegia extra Europam Providentia R.P.N. concessit, ut ad hoc in re rationibus, et casibus earum Provinciarum usibus, cuique earum praesentibus qualitatibus perpensis, utiliora, ac magis opportuna esse in Domino judicaverit.

Provinciis et Collegiis ~~extra Europam~~ [illegible] extra Europam

X. Act. 21. in M.S.

Qui sunt proxime appetiti ad professionem, nunquam appellari debent non appellatos, ex quavis causa provenientis, ut hi non sint proxime appetiti, sive ex parte Superiorum, sive ex parte aliorum, sive quia ex oblivione missae non fuerint dictis opportuno tempore informationes ad Patrem Nostrum, et servandus semper est inter eos ordo temporis admissionis professionis, ut in simili statuitur a Congr. 11. decr. 11.

XI. Act. 14. in M.S.

Cum sub sanctionibus prohibita sit Nostris administratio Bonorum, etiam eorum, quae ipsis Societati donavit; ut puritati Nostrae Paupertatis consulatur, atque iis incommodis, quae ex hujusmodi administratione oriri possent, obviam eatur; censuit praesenti decreto Congregatio commendandum impense R.P. Nostro, ut difficilem se praebeat in concedenda aliquibus Nostrorum facultate administrandi bona ejusmodi. Et si quando ad id gravis necessitas urgeat, non concedatur, nisi ad statum tempus, et cum obligatione reddendi suo Superiori rationem hujusmodi administrationis.

Nulli concedenda facultas administrandi bona, nisi ex gravi necessitate, et sub statutis conditionibus.

nisi ~~[illegible]~~ [illegible] R.P.N.

XII. Act. 9. 10. 23. 24. et 25.

Perseverantia Praeceptorum Generalis impositorum

Mens Societatis fuit, et est, ut ~~Praecepta~~ [illegible] a Generalibus sive toti Societati, sive particularibus Provinciis, sive etiam domiciliis imposita, durent, mortuo etiam Generali, donec a Praeposito Generali, aut a Generali Congregatione revocentur, quod ipsum, post accuratam discussionem, ad avertendam dubietatem omnem, neque umquam oriri possit, hac super re, declarat praesens Congregatio, et quatenus opus est, praesenti Decreto statuit, conferens Praeceptis illis vim (si ea carere possent) ut sic permaneant, usque dum dicto modo revocentur.

Intercessio non admissa

Unus ex Patribus huic decreto intercessit; verum Congregatio ~~[illegible]~~ censuerunt intercessioni non deferendum, sed standum Decreto, ~~cui decisioni acquievit deinde ipse, qui intercesserat.~~

XIII. Act. 21. et 28. in M. S.

Gratiarum actio nomine Congr.

Postulatum fuerat nomine aliquarum Provinciarum, ut Congregationis Generalis nomine gratiae agerentur Catholico Hispaniarum Regi, ac Fidelissimo Regi Lusitaniae, et Serenissimo Principi Electori ob insignia beneficia Societati nostrae collata. Aequissimo huic postulato annuendum duxit Congregatio.

XIV. Act. 29. 30. 31. et 32.

Doctrina Aristotelica retinenda

Ad varia Provinciarum Postulata de Studiis, generatim respondit Congregatio ex judicio Deputatorum, satis provisum esse in Constitutionibus, ordinationibus, ratione Studiorum, et Decretis Congregationum, urgendam esse duntaxat executionem. Quod ad speciatim Studia Philosophica, de quibus potissimum agebatur, speciatim responsum est, abunde provisum esse in Decreto 36. Congr. 16. (quod confirmat prius Congr.) siquidem mediam et temperatam viam tenet inter utrumque extremum. Nam statuit, etiam in Physi-

[stamp] 12

ca Generali docendum esse, et propugnandum ~~Aristotelis~~ Systema Aristotelis

Doctrinam. Et huic optimè convenire Physicam

amoeniorem, et experimentalem.

Hac prohibita amoeniore Physica experimentali

Verùm ne qui irrepant abusus ex occasione amoenio-
ris istius Philosophiae, praesens Congregatio has cautio-
nes approbat, et praescribit. Primo est, ut in Philoso-
phia tradantur accuratè Quaestiones, et notiones, quae
licet Theologicae non sint, nec esse debeant, viam ta-
men complanant, et muniunt ad Theologiam Scholasti-
cam. Secundo, ut in istis Quaestionibus, et disputationibus
Physicae experimentalis retineatur methodus syllogisti-
ca, nec excurratur in longiores, aut merè historicas
narrationes. Tertio, ut parcè, et quantum necesse
est ad quaestiones verè physicas, attingantur ea, quae
Mathesim directè, ac propriè spectant.

Cautiones in amoeniori experimentali Philosophia adhibendae.

XIV. Act. 18.

Ad petitionem Provinciae Venetae, facta ex R. P. [illegible] Facultas
dissolvendi Collegium [illegible] [illegible]
ita ut inde ipsi [illegible] Societatis bonum profuturum

+ ad majus Dei obsequium, et

dissolvendi Collegium, ac [illegible]

XVI. Act. 16 et 22.

~~Annuens Congregatio postulato aliquarum Provinciarum [illegible] permisit [illegible] [illegible] [illegible]~~ omnium exceptorum
praeceptorum totam Societatem obligantium, ita ut intel-
ligantur quaecumque alia+ praecepta in eo non contenta,
aut nunquam extitisse, aut eo ipso esse abrogata.

Annuens Congregatio postulato plurium Provinciarum, permisit ut typis mandaretur [illegible]

Permissio nova Impressionis Instituti, et [illegible]

+ aggregati [illegible] S. J. obligantium

XVII. Act. 18.

Petiit a Congregatione R. P. [illegible], num expediret, ma-
nentibus in suo vigore Constitutionibus, Procuratorum Gene-
ralem constituere per dispensationem [illegible] veterum

UDINE

Dispensatur ut Procurator Generalis sit Professus.

Professum, cum in praesentiarum ~~nullus sit~~ non professus [non occurrat] ad id muneris idoneus? Necessitati serviendum rati Patres, responderunt, expedire, ~~usquedum suppetat opportunitas non professi idonei~~, idque exemplo Congr. 12. decr. 29.

XVII. in M.S. act. 34. Ne nimis

XVIII. Act. 21. 29. 30. 33.

R. P. N. commendat epistola encyclica omnibus Provinciis.

Rogatus a Congregatione fuit R. P. Noster, ut literas encyclicas ad omnes Provincias mitteret, quibus nonnulla, quae ad observantiam, et Societatis splendorem faciunt, sedulo commendaret. #

XVIII. Act. 34, et ultima.

Solvitur Congreg.

Cum omnia a Congregationis formula praescripta, absoluta esse viderentur; petiit R. P. Noster, num placeret ~~hac sessione~~ finem Congregationi imponere? Cumque Patres unanimi consensu, placere dixissent; R. P. Noster felicem omnibus in suas Provincias reditum precatus; et ad exactam observantiam eorum, quae sapientissime constituta sunt, hortatus est. Atque gratiis D. O. M. Beatissimae Virgini Dei-Parenti, ac B. Patri nostro Ignatio persolutis, dimissa est Congreg. die 5. Septembris, cui initium fecerat die vigesima ~~prima~~ secunda Junii ejusdem anni 1751.

A. M. D. G.

#

XVII. in MS. Act. 34.

R. P. N. et PP. Assistentibus committitur approbatio Decretorum.

Ne nimium protraheretur Congr.nis solutio cum gravi incommodo, et periculo eorum, quibus iter erat in remotiss. Provincias, visum a PP. abstinere a lectura Decretorum, quibus expediendis, perpoliendisque, fuisset diuturna opera impendenda. Quare exemplo aliarum Congr.num Generalium R. P. N. et PP. Assistentibus demandata est cura, ut ipsimet Decr. a Congr. exacta, recognoscerent, atque ipsius Congr.nis nomine approbarent.

X

BIBLIOTECA

BIBL… C… UDINE 17

CIV
UN

16

Per manus R.P. Assist.

J. F. H. G.

Index Actorum Congregationis Generalis XVII.

A.

Acta hujus Congregationis lecta a Secretario in qualibet sessione per tot. nov. [illegible] pag. 150

Administratio Bonorum vid. Bonorum Administratio

+ P. Alexander [illegible] Deputatus ad Detrimenta pag. 2.

P. Aloysius [illegible] eligitur Deputatus ad Detrimenta p. 9. Assistens [illegible] p. 23.

de Alumnorum hereditate vid. pro Hereditate Alumnorum

Ambitus Judices designantur pag. 9.

P. Andreas [illegible] eligitur Socius Secretarii Congregationis pag. 21.

Assistens electionis electus P. Jos. [illegible] Simonis pag. [illegible] [illegible] pag. 14.

eligitur

Assistentium electio in [illegible] pag. [illegible] de [illegible] [illegible]

vid. Generalis.

Audacia Juniorum quomodo coërcenda pag. [illegible] et seqq. 82. et seq.

B.

+ Bonorum Administratio nostris [illegible] [illegible] cautionibus pag. [illegible] et seq.

C.

Catalogus PP. hujus Congr.nis p. 2. et seq.

Catalogus Professorum, Catalogus [illegible] vid. [illegible]

P. Christophorus Maira vid. P. Maira

Collegium [illegible] vid. [illegible]

Congr.o [illegible] indicitur [illegible] pag. [illegible] [illegible] pag. 134. [illegible] p. 150.

ad Congr.m Procur. [illegible] vid. [illegible] [illegible] vid. [illegible]

ad Congregationes [illegible] vid. [illegible]

[illegible] Collegium vid. [illegible]

D.

P. Danzetta vid. P. [illegible]

Decreta [illegible] [illegible] p. 150.

Decreta electionis a Secretario [illegible] p. 24. et seq.

Decreta [illegible] a Secretario [illegible]

Defectus [illegible] pag. 6. et 7. [illegible] p. 19

Deputati ad [illegible] [illegible] ad [illegible]

Deputationes variae [illegible] [illegible] pag. [illegible]

Domicilio [illegible] [illegible] p. 38.

Domorum Professorum [illegible] vid. [illegible]

+ Admonitor eligitur P. [illegible] p. 12. Admonitoris [illegible] vid. Generalis

+ Benefactoribus in [illegible] decernuntur [illegible] p. 80 et p. 12.

Biennio [illegible] vid. [illegible] Biennio [illegible] vid. [illegible]

Encyclicæ Literæ vid. Literæ
Electio Præp. Prov. Quinquij, et Electio Provinc. Capitulo nulla f. 6. art. 5 Const.
vitalia ...
Electio Vocalium ... f. 65. ...
Electionis Dies ... pag. 11. ... pag. 19.
Electores nominum vid. Capitulum
Ex communicationis poena ... pag. 146. ... pag. 118. ...

F

P. Fabius ... pag. 27. et 28.
P. Franc. ... vid. ...

G

P. Gaspar Joseph ... pag. 21.
P. Gaspar ... pag. 27.
Generalis Præpositus ... P. Ignatius ... pag. 19. ... pag. 85.
... pag. 33. ...
... pag. 136. Literæ encyclicæ ... vid. Literæ
Gradus vid. Promotio
Gratia agenda Benefactoribus vid. Benefactores
Gustatio ... vid. Gustus

H

De Hereditate ... pag. 71.
P. Hieronymus Adolfi ... pag. 7.

I

Jejunia indicta ... pag. 11.
P. Ignatius ... pag. 19.
P. Ignatius de Silveira ... pag. 21. ... pag. 24.
Impedimentum ... vid. Infamia
Inclusor ... P. Hieronymus Adolfi ...
Infamia gravis ... pag. 70. et seq.
Institutio ... pag. 86.
Interrogatorio ... pag. 17. ...
P. Joannes ... pag. 22.
P. Joseph de Andrade ... pag. 9.
P. Joseph Joachim ... pag. 17. ... pag. 23.
Judicium de ... pag. 9.
Juniores ... vid. Audacia
Jus ad habitationem vid. Domicilium.

BIBLIOTECA

L.

~~La Laguna vid. P. Alexander Laguna~~

P. Leonardus de Mattos elig. Deputatus ad postulat. p. 12.

P. Leonardus Tschiderer elig. Assistens Germaniæ p. 13.

Literæ encyclicæ Pontif. Profes. commendat. pag. 93 et seq. et 144. 145. et 147.

Lusitaniæ Provinc. electus vid. electio

M

~~Missio nova electi Assistentis Galliæ p. 17.~~

P. Maire Secretarius Congregat. pag. 17.

P. Matthias Garcia Deputatus ad postulat. p. 12.

Missum nova electi Assistentis Galliæ p. 17.

Morientibus hospitio Spolia vid. Spolia

Morientibus vota vid. vota –

Munera occasione Ministerio vid. Paupertas

N

Novitiorum vota devotionalia vid. Vota

O

Oratio facta die electionis a P. Orlandi p. 17.

orationi vacandum horo ante Gen. electionem p. 19. ad exitum Gen. ante elect. Assistent. p. 23.

Orator electus pro die elect. P. Philippus Orlandi p. 8.

P. Orlandi vid. P. Philippus

P.

Pacisci cum Congregationis Monasterii vid. pro Hereditate

Paritas suffragiorum vid. electio Secretarii Cong. et Procuratoris

Paupertas in sua puritate servanda retinenda p. 14

Paupertati Domus Professæ conveniat, quidve repugnet pag. 14 et seq.

Paupertatis voto violato qui quidquid accipit in ministerio Congregat. p. 140 ... ministerii occasione

Pecunia societatis, aut Collegiorum nec dona, nec mutuo dari possit sine Gen. lic. pag. 145.

P. Petrus de Cespedes elig. Assistens p. 12.

P. Petrus Claudius Frey elig. Deputatus ad definiend. p. 9.

P. Petrus Houret, vid. P. Houret

P. Philippus Antonius Orlandi elig. orator pro die electionis p. 8. orationem habet p. 17.

Philosophia in biennium contracta vid. Studia

Philosophiæ Aristotelicæ principia, omnesque experimentalis physicæ additis cautionibus vid. reformatio studiorum.

Pontifex benignus Nostros excepit pag. 10. Collectio obtinuit PP. in ... a Pontifice ...

Pontifici agenda gratiæ vid. Benefactoribus

Præcepta Pontificum durant post novum Generalem pag. 128 et seq. et pag. 87 et seq. quæ abrogata,

et antiquata Congregat. pag. 137. novum individualis comprehendit pag. 106 et seq.

~~Præcepta~~

Procurator Gen. vocem habet in Congreg. p. 22. Professus Provinc. Romanæ ejus Congreg. Proleg. ... numerat p. 66 et seq.

eligendus ... Professus ... p. 120.

Professio vid. Promotio

Promotio ad Profess. ne differatur a superioribus, ut quamque ... appareant pag. 80 et seqq.

'aviso pro elect. p. 17. ... a P. Orlandi ante elect.

BIBLIOTECA ... 20

Q

Quitensis Prov.^[lis] Procuratoris electio vid. electio –

Quitensis Prov.^[lis] Provinc. ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] acceptat, si [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] – Provinc. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pag. 95. et seq. et p. 121. et seq. et p. 131. et seq.

R.

Reformatio Studiorum pag. 57. et seq. et 124. et seq.

Residentia [illegible] vid. Generalis

* Schola [illegible] vid. Reformatio Studiorum

S

\+ Secretarius electionis electus P. [illegible] [illegible] pag. 8. [illegible] [illegible] [illegible] pag. 1. [illegible] Fratris electi; et de [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] p. 22.

Scriptio in Universitatibus prohibita vid. Fratis

Secretarius Cong.^[nis] [illegible] P. Trigon p. 21. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] p. 124. § 78. formul. ad [illegible] [illegible] p. 22. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Secretarius [illegible] Societatis vocatus ad Cong.^[m] p. 21.

\+ Socii, qui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Cong.^[is] facultatem p. 9. et 10.

\+ Spolia [illegible] [illegible] [illegible] adjudicanda p. 49. et seq.

P. Stanislaus [illegible] [illegible] ad [illegible] p. 22.

Studiorum reformatio vid. Reformatio Studiorum

Superiore decedente nullo successore nominato quis in [illegible] remaneat [illegible] [illegible] [illegible] pag. 53. et seq. et pag. 56. et seq.

T.

P. Trigon vid. Secretarius electionis.

V.

P. [illegible] [illegible] Trigon Secretarius electionis p. 8. et Cong.^[nis] p. 21. vid. Secretarius

Vicarius Fratis electus P. Vincentius [illegible] [illegible] [illegible] p. 1. [illegible] Cong.^[m] et Cong.^[nis]

PP.^[m] [illegible] et [illegible] Pontificalis pag. 4. 10. 12. [illegible] [illegible]

Vota Bienalia vid. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Vota [illegible] quam vim habeant [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] p. 103.

Votum [illegible] in [illegible] quam vim habeat p. 107. et seq.

I

Acta

Congregationis Generalis 17.ae ad electionem
Praepositi Generalis
habitae Anno MDCCLI.

Sublato e vivis Rev.o P. N.ro Francisco Retz,+ electoque Rev. P. Ignatio ~~vicario~~, Mediolanensi,
Dum viveret Vicario, schedâ per ipsum subscriptâ, + die 19. Novembris An.i 1750.
et ab Assistentibus recognita; is de consilio Patrum
Assistentium indixit Congregationem Generalem in diem
vigesimam primam Junii anni 1751.
Hac tamen die non censuit Rev. P. Vicarius vocandos E-
lectores quotquot advenerant, (advenerant autem omnes)
quoniam visum est, eam totam magnae solemnitati
celebritati Divi Aloysii consecrandam, cum praesertim
sciret, omnes omnino ex omnibus Europae Provinciis * Actio 1.a
urbem mature attigisse, eosque incolumes.
* Quare die 22. primae Congregationis Sessioni destinatâ,
statutâ horâ 13. ad aeris campani signum ante valvas
Aulae majoris, plenissimo huic coetui celebrando prae-
paratae, astitere Patres; et singuli Professionis ordi-
ne servato, ut vocabantur a P. Joanne Scotti Socie-
tatis Secretario Aulam ingressi, procubuere in ge-
nua coram Crucifixo supra mensam posito, et cum
Rev.o P. Vicario illis praeeunte recitato alternatim
hymno: Veni Creator cum oratione de Sancto Spi-
ritu, et de Virgine Dei-Parente; consedere omnes
ordine a formula designato, scilicet ~~[illegible]~~

In Medio

Rev. P. Ignatius Visconti Vicarius Generalis, aetatis
sexaginta novem Professus 2. febr. 1717.
A dextris Patres Assistentes, et Provinciales Italiae.

P.

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

BIBLIOTECA CIVICA UDINE

[illegible]

BIBLIOTECA CIVICA IN UDINE

[illegible]

P. Joseph Joac
P. Leonardus D
P. Aloysius Ce
P. Casimirus B
P. Hyacinthus
P. Rudolphus F
P. Alexander L
P. Henricus Sc
P. Martinus Ga
P. Stanislaus Po
P. Carolus Gau
P. Jo: Antonius
P. Joseph Mari
P. Marius Perra
P. Gaspar Hoch
P. Gabriel Juan
P. Petrus Dolm
P. Balthasar Li

PATRE

P. Antonius Br
P. Josephus Vel
P. Michael Saga
P. Valentinus H
P. Josephus An

Neapolitanæ	62	[illegible]		
Siculæ	63	2.	Feb.	1722
Campaniæ	62	15.	Aug.	1722
Campaniæ	61	15.	Aug.	1723
Poloniæ	62	29.	Sept.	1723
Venetæ	61	2.	Feb.	1724
Sardiniæ	60	10.	Dec.	1724
Gallobelgicæ	63	2.	Feb.	1725
Bohemiæ	63	2.	Feb.	1725
Austriæ	62	2.	Feb.	1725
Romanæ	60	2.	Feb.	1725
Franciæ	59	2.	Feb.	1726
Angliæ	61	2.	Feb.	1727
Bæticæ	57	15.	Aug.	1727
Germ. Super.	58	2.	Feb.	1728
Siculæ	59	2.	Feb.	1728
Sardiniæ	56	1.	Maii	1729
Franciæ	55	15.	Aug.	1729
Bæticæ	55	15.	Aug.	1729
Aquitaniæ	55	15.	Aug.	1729
Lithuaniæ	54	15.	Aug.	1730
Toletanæ	53	15.	Aug.	1731
Quitensis	57	11.	Jan.	1733
Angliæ	54	2.	Feb.	1733
Flandrobelgicæ	54	2.	Feb.	1733
Venetæ	53	2.	Feb.	1733
Philippinarum	[illegible]	[illegible]	Oct.	[illegible]

Horum autem omnium duo desiderabantur P. Josephus Velloso Elector Prov.ae Lusitaniæ, et P. Carolus Brentano Procurator Provinciæ Quitensis, de quorum legitima electione jure dubitabatur.
Reliquos omnes dicto ordine assidentes allocutus est Rev. P. Vicarius oratione Caritatis et sapientiæ plena. Et primò quidem exposuit gratissimam sibi hanc diem vel ab ipso amantissimi Patris nostri obitu, nunc autem lætissimam, atque jucundissimam, cùm [illegible] videat tam amplum, tamque ornatum Coetum Societatem totam universam exprimentem eo hoc fine advenisse, tot posthabitis difficultatibus, tot gravissimis superatis incommodis, ut, scilicet toti Societati, septimo jam mense orbatæ, Parentem seligeret. Et sperare se, tot, ac tales selectos homines, Societatis amantissimos eum electuros Generalem Præpositum, qui aptissimus sit tanto oneri ferendo, quique et damna, si quæ Societas passa sit, resarcire, et ad Majorem Divini Numinis gloriam promovere eam possit.
Addidit pro sua in omnes humanitate solicito timore + (quicunque unquam ob amore sejungit) anxium fuisse pro eorum in Urbem adventu: quamquam enim bonam ipsi spem faceret Divinæ protectionis munimen, quod suis Orationibus, et Sacrificiis exoraverat, justo nihilominus angebatur timore ob tot itineris incommoda, ac gravia pericula, quæ terra, marique ab illis subeunda erant, ut non bona valetudo solùm, sed vita etiam in discrimen vocaretur. Quòd autem eos omnes divina ope servatos incolumes, et sospites in hac Alma Urbe viderit, gratias Deo permaximas se egisse testatus est.
Tum ipsis felicem adventum peramanter gratulatus, disertè narravit quæcunque gesta fuerant a Patris nostri obitu, quæ ad Generalem Congregationem pertinere propo-

modo videbantur.

Monitas, nimirum, universas Provincias de Patris Nostri obitu, atque statuto Congregationis Generalis die, ut in unaquaque Prov.ae mature indiceretur provincialia comitia ad eligendos eos, qui Romam cum Prov.li advenirent Gen.lis Praepositum electuri. Coactae reipsa fuere omnes Congregationes Provinciae, et electores selecti; atque tam felici attentu, ut ex tota Europa nullus ~~est~~ sit, qui non ~~adsit~~ adsit. Tres tantum Prov.les ob infirmam valetudinem excusati sunt, ~~Italiae~~ Flandro belgica, Rheni inferioris, et Austriae, in quorum locum ~~[illegible]~~ suffecti sunt ~~qui~~ qui in unaquaque Provincia V.ae comitiis provincialibus electi sunt ~~[illegible]~~, ~~eique Provincialis nomine~~ decorati. atque ex eo primo ternario designati sunt V. Prol.

His ita explicatis petiit R. P. Vicarius a Congregatione, num ii, qui praesentes erant, plenam, ac legitimam facerent Congregationem? Et communi voto sancitum, plenam esse, ac legitimam.

Addidit R. P. Vicarius, non de omnibus ex industria petiisse, sed de iis, qui praesentes erant: duo enim ab ingressu in Aulam prohibiti jure fuerant, quoniam de legitima eorum electione jure quidem merito dubitabatur, et dubium a praesentibus in Congregatione, iis exclusis dirimendum ex Congregationis formulae.

Et 1.o quidem dubitabatur, valida ne, an nulla censenda foret electio P. Josephi Velloso Provinciae Lusitaniae: quoniam in hujus Provinciae comitiis, tentatis frustra scrutiniis, progressum est ex formulae praescripto ad eligendos Compromissarios. In eorum tamen electione cum pari suffragia duo retulissent, Provincialis ad dirimendam, ut ipsi videbatur, litem,

declaravit, votum suum uni eorum favere, cumque Provincialis cum vota sunt aequalia, qualitatem habeat procedendi; putare se, hunc rite electum in Compromissarium. In sententiam Provincialis accessit major Congregatorum pars, atque adeo declaratus ille fuit Compromissarius, a quo tandem P. Vellozo elector fuit renunciatus.† ~~Petiit itaque R. P. Vicarius, num censeatur valida electio hujusmodi compromissarii? Si enim nulla est Compromissarii electio, nulla procul dubio censenda erit et altera electoris. Quaerit etiam, num si ea censeatur invalida, supplendus sit defectus, et in aulam Congregationis vocandus P. Vellozo? Omnium suffragiis judicatum est nullam electionem fuisse, quia votum Provincialis publicari non licuit, cum ex formula privatis suffragiis fieri debeat electio. Tum etiam quia qualitatem procedendi in votorum paritate non habet Provincialis in secretis, sed in publicis suffragiis. Censuerunt omnes hac vice dispensandum ex aequitate, et in Congregationem admittendum P. Vellozo~~, sed providendum ne deinceps similis contingat error. Non potuit tamen vocari in hac prima sessione, quia in suo cubiculo podagra retinebatur.

† Jam ~~enim~~ dubium, saltem est de nullitate aut validitate electionis hujusmodi compromissarii, et consequenter etiam electoris; ~~petiit R. P. Vicarius an supplendus sit defectus quicumque ille sit, num~~ an? Etenim nec licuit publicari votum Provincialis, cum, ex formula, privatis suffragiis eligendi sint Compromissarii; nec qualitatem procedendi in votorum paritate habet Provincialis in secretis, sed in publicis suffragiis. Rogavit itaque R. P. Vicarius, servato jure decidendi in posterum super hoc dubio; num interim supplendus sit defectus et in aulam Congregationis vocandus P. de Vellozo? Omnium suffragiis judicatum est, hac vice esse dispensandum ex aequitate, ~~[illegible]~~ et in Congreg. admittendum P. Vellozo. Sed †

Dubitatum 2.º est, an valida censenda esset electio Procuratoris Provinciae Quitensis: quoniam P. Brentano Procurator electus illius Provinciae fungi in ea videbatur officio Provincialis, atque ex titulo ~~[illegible]~~ Congregationi praeesse, quam idem ipse indixerat. Quamvis enim ejus successor renunciatus a R. P. nostro Gen.li fuisset,† ~~et ad eum missae patentes literae~~, atque idque in Prov.a publicatum; is tamen longe absens, et in missionibus valde longinquis occupatus, aut literas Patris Nostri, quibus Provincialis renunciabatur, nondum acceperat, aut certe nondum de ejus assensu, deque mu-

† et pridie ante indictam congreg. [illegible] literae P. Gen.lis

neris acceptatione constabat. Cum autem res in eo essent statu, videbatur Pater Brentano, nondum a se abdicasse munus Provlis; ~~ex~~ cum proinde in Procuratorem ~~eligi~~ assumere non potuit Congregatione ~~non potuisse~~. Discussum in ipsa Provlis Congregatione est dubium, hinc inde disceptatum, contendentibus unis, Patrem Brentano fungi Provlis munere, eoque jure congregationem indixisse: nam secus acephala reputanda fuisset ea Provincia, cum nondum de legitima successoris acceptatione constaret. Contendentibus aliis, (majore tamen ex parte) eum jam munere suo functum: Extat enim in iis Provinciis Praeceptum, ne quis ultra quadriennium Provlis officio fungatur, completum autem erat eo ipso die quadriennium. - Punctum istud dicidendum remisit R. P. Vicarius Congregationi huic Generali in sequentibus sessionibus: Rogavit tamen, ut quisque Congregatorum sententiam suam ediceret: nam in dubio an firma sit vel infirma, electio, videtur ~~censendo sit valida, aut infirma electio hujusmodi, et si infirma, num~~ firmanda per Generalem Congregationem eâ, qua pollet, potestate; et numero vocalium ad electionem Praepositi Generalis adnumerandus Procurator, qui hoc nomine ex Quitensi Provincia advenerat? Nonnulli in eam sententiam abiere, quod nulla sit reputanda hujusmodi electio: major Congregatorum Patrum pars censuit, non esse reputandam nullam electionem illam, quae nulla certa lege irritatur: nulla autem certa lex electioni opponitur dum manet adhuc indecisum dubium. Fere ~~tamen~~ omnes, [Uno et altero excepto] in ea sententia fuere, quod si quis defectus irrepserit, a Congregatione supplendus sit, et omnino adscribendus electorum catalogo ~~in bono ...~~ Quitensis Procurator. ~~Non tamen intercessere, pa-~~

UDINE

~~tantes vitiatam omnino electionem, nec a Congregatione~~ ~~supplendam;~~ ~~Sed stultus fuit interrogationi locus~~, Itaque Procurator Quitensis P. Carolus Brentano in aulam admissus est.

Tum quaesitum iterum est: An supplendi viderentur defectus omnes, si qui irrepserint in singulis Provincialibus Comitiis, aut in hac ipsa Genli. Congregatione? Et omnes supplendos eos esse judicarunt, si qui fuerint defectus.

His de more peractis, ad plura secreta suffragia electus fuit Secretarius Electionis P. Vespasianus Mª Prizona Provª. Siculae elector, recognoscentibus cum R. P. Vicario suffragia Professis duobus antiquioribus P. Petro Flouret, V. Provl. Tolosanae, ~~et~~ P. Antonio Brion electore Provª. Lugdunensis.

Electus quoque eodem modo fuit P. Philippus Antonius Orlandi Elector Provª. Romanae, qui die electionis Praepositi Genlis, orationem haberet alteram.

Deinde electus est simili modo ad plura secreta suffragia P. Hieronymus Ridolfi Vc. Praepositus in hac Romana Professorum Domo, qui die Electionis Electores includeret.

Porro cum veniendum esset ex Congregationis formula ad electionem eorum Patrum, qui tamquam deputati cum Rev. P. Vicario, et Patribus Assistentibus, praesente Secretario electionis perpenderent, an aliquid sit, in quo passa sit, aut passura timeatur Societas insigne aliquod detrimentum. Cumq. illi eligendi sint distinctis scrutiniis ex singulis Assistentiis, observavit R. P. Vicarius prudenti sua Providentia, non superesse tempus ad eas omnes electiones absolvendas; ~~imminebat enim jam transactum~~. Rogavit proinde Patres, num judicarent eas, vel omnes, vel aliquas saltem ~~electiones~~ ad pomeridianas ejusdem diei horas transferre? Placuit, eas omnes transferre, et statuta est hora 19. Dummodo ~~tamen~~ hujusmodi

electio non ut nova, ac distincta aliqua sessio, sed prima hujus Sessionis veluti complementum inscriberetur. Itaque factâ secretò brevi ad Deum prece, abiere omnes Patres, et combusta a Secretario fuere suffragia in ipso Congregationis loco.

Hora autem 9. ad Campanae pulsum convenere omnes ordine opposito in eadem Aulam, in qua, factâ similiter secretò brevi ad Virginem prece, assidentibus omnibus, incepta sunt Scrutinia, et ad plura secreta suffragia ad detrimenta perpendenda electi sunt ex Assistentia Italica Pater Aloysius Centurione Provlis Provae Mediolanensis, ex Germanica P. Gaspar Hoch Provae Rheni Superioris Provlis, ex Gallica P. Petrus Claudius Fray Elector Provae Franciae. ex Hispanica P. Alexander Laguna Provlis Provae Toletanae. ~~In hoc tamen~~

In hoc tamen Scrutinio quamvis inventum fuerit unum suffragium, in quo per errorem adscriptum fuerat nomen Patris ad Lusitanam Assistentiam pertinentis; nihilominus omnium votis judicatum est, non esse repetendum scrutinium: tanto enim excessu suffragia Patris Lagunae aliorum suffragia ~~numero~~ superabant, ut cuicumque novum illud suffragium adderetur, infirmari non poterat Patris Lagunae electio.

Electus demum est ex Lusitana Assistentia P. Josephus de Andrade Provlis Lusitaniae Provinciae.

Admonuit deinde R. P. Vicarius Judices de ambitu ex Congregationis formula, praeter ipsum futuros Patres quatuor professione antiquiores in sua quemque Assistentia: in Hispanica, nimirum, P. Michaëlem Sagardoy Provae Castellanae; in Germanica P. Valentinum Hoegstein Provae Rheni ~~inferioris~~ superioris, in Gallica P. Petrum Flouret

V.e Proulem Prov.ae Tolosanae; in Lusitana Patrem Ignatium de Silveira Assistentem.

Tum proposuit R. P. Vicarius Congregationi, quos velit secum adire summum Pontificem ab eo petituros Congregationis nomine, ut illi dignaretur bene precari? Horum autem electionem arbitrio R. P. Vicarii totam remittendam censuit Congregatio.

His autem peractis, concesso quatriduo Patribus ad detrimenta deputatis, ut imposito muneri vacarent, designata est futura proxima Sessio in diem vigesimam septimam hujus mensis Junii, hora 13. ac brevibus secretis ab unoquoque precibus ad Deum fusis, huic sessioni finis fuit impositus, et omnibus abeuntibus, suffragia fuere de more combusta.

Actio 12.a

Junii 27. die

+ ipsisque de more ~~post~~ sedentibus, post

Die vigesima septima Junii, statuta hora 13. ad dris campani pulsum convenere PP.es omnes, et in Aulam ingressi sunt +, implorat~~ique~~um secretis precibus, ac genibus flexis, divini auxilii, lecta sunt a Secretario 1.ae sessionis acta, quae, paucis emendatis ~~prout~~ ut corrigenda censuerunt Patres, in reliquis probata fuerunt.

Tum retulit R. P. Vicarius, se biduo post primam sessionem cum a se delectis, pro potestate sibi facta, comitibus, (qui prœter Secretarium electionis ~~Congregationis~~, fuere quinque antiquiores Prov.les singuli ex singulis Assi-

+ in Castro Gandulfo commorantem

stentiis) adiisse summum Pontificem +, a quo cum satis distincta honoris, ac benevolentiae significatione sunt excepti. Ait, se, comites suos, universamque Societatem sanctae sedi devinctam obtulisse. Tum ejus in omnibus plenam, atque omnibus numeris absolutam summo in terris

Christi Vicario obedientiam testatus, addidit, cum de seligendo Praeposito Genli. in Congregatione ista agatur, exorare se a Sanctitate Sua, ut velit paterna sua, Apostolica benedictione, ~~[illegible]~~ fa- ~~[illegible]~~ prosperare novi Generalis electionem, ut ad Gloriam Dei, et universae Societatis utilitatem vertat, quae quanta est, tota Ecclesiae et Sanctae Sedis servitio est mancipata.

Addidit R. P. Vicarius, sic loquentem benigne excepisse Summum Pontificem, atque vultu ad hilaritatem, ac benignitatem composito, humanisque verbis significasse, officium istud adeo sibi gratum, ut gratias etiam egerit Patribus, qui tanto incommodo illuc venerant officium illud obituri. Tum disertis, apertisque verbis pronunciavit, hanc novi Generalis electionem sibi cordi esse; proindeque optare se, ut huic Christi Militiae tantopere per orbem dilatatae optimus praeponatur Generalis, quod non Societatis solum, sed totius Ecclesiae ~~totius~~ Catholicae, ac Sanctae Sedis multum interesse perspicuum est. Ut autem omnia felici successu eveniant, impertiri se paternam suam, et Apostolicam benedictionem, nec defuturum quin [illegible] totam suis precibus Deo commendatam habeat. Interim (addidit pro sua benignitate (in loco Signaturae) sciant, se totam hanc electionem liberam ~~[illegible]~~ relinquere Societatis arbitrio, illumque Genlem. Praepositum carum sibi futurum, quem Patres electores putaverint seligendum. Dixit denique R. P. Vicarius, se, et ~~[illegible]~~ socios ad pedum osculum admissos, et Apostolica benedictione locupletatos, a Summo Pontifice benigne dimissos. Haec, inquit ~~R. P. Vicarius~~ addit, ad Congregationem referri oportuit, quoniam Congregationis nomine gesta sunt.

~~totius~~

[stamp]

Tum rogavit Congregationem, an ipsi videretur dies quarta Julii, quæ in diem dominicam incidet, electioni facienda ~~videretur~~ opportuna, Majorum nostrorum exemplo, qui diem festum gravissimo illi conficiendo negotio sacrare consueverunt. Sique dies proposita placebit, quatriduum ante electionem a die Mercurii ultima mensis Junii incipiendum erit. Utrumque probavit Congregatio

Monuit deinde R. P. Vicarius consilio PP. Assistentium, præscriptos a formula jejunii dies futuros diem Lunæ vigesimam octavam Junii, et dies Veneris, et Sabbathi secundam, et tertiam Julii.

Ad extremum indicta proxima sessione in diem Mercurii trigesimam Junii, in qua futurus Assistens electioni eligetur, brevique oratione ad Deum submissa voce ab unoquoque fusa, soluta est 2.ª ista sessio.

Actio 3.ª

Die 30. Junii

~~Implorato secretis precibus, flexis de more genibus Divino auxilio, et lecta a secretario actis 2.ª sessionis, inde secretis, et publicis pluribus~~

Implorato secretis precibus, flexisque de more genibus, Divino auxilio, probata fuit Patribus narratio rerum in 2.ª sessione gestarum. Tum secretis, pluribusque suffragiis P. Joes Antonius Timoni Prov. Romanæ
Moderator electus est electionis Assistens.

Deinde R. P. Vicarius gravi, et accurata oratione ad eligendum Præpositum Genlem optimum Patres hortatus est. Reputarent apud semetipsos, in ipsorum manibus esse magnum, et maximi momenti negotium, ut vix,

BIBLIO... ULI

aut nunquam talis offeretur occasio in qua possint, aut tam bene de Societate, Parente optimo, mereri, aut gravius illi malum irrogare. Si enim in unaquaque Republica, aut in alio quovis religioso ordine magni interest supremi Ducis, aut Pastoris supremi delectus, quanti in nostro ordine interesse putandum est! Etenim unaquaque Respublica suis legibus, ac Municipalibus statutis regulatur: sacri item religiosi ordines in unaquaque Provincia Rectores suos eligunt, ~~[illegible]~~ Ministros instituunt, et operarios, atque sic supremus ordinis Pastor supremam quidem, at non unicam habet Potestatem. In nostro vero ordine ad Monarchicum gubernationem composito tanta, ~~[illegible]~~ omnis ~~[illegible]~~ penes unum Generalem Praepositum residet. Is ipse Inferiores, ac Superiores Praelatos seligere, Socios ad ~~[illegible]~~ et gradus promovere, operarios instituere, eosque ad vineam Domini excolendam sive inter catholicos sive inter barbaras gentes mittere: legum observantiam, exactam Religionis disciplinam, Societatem inspicere, aut [illegible] ipsamque Proximorum salutem unius Generalis Praep. Provid.a disponit, amor dirigit, promovet Zelus. Illius non dicam decernuntur, at si unum Domus Generalis [illegible] Praelatorum Decreta valent, si probat Generalis, si improbat, abrogantur. Singulas ipse Provincias, singulas Domos, quinetiam singulos Socios toto orbe diffusos suo imperio moderatur. Atque hac Generalis potestas in nostro ordine nullis unquam finibus jurisdictionis, loci aut temporis est circumscripta. Non quidem jurisdictionis, cum ipse omnia disponat, omnia dirigat, omnia moderetur. Non loci quia tam late patet, quam totus terrarum orbis. Non demum temporis, cum non expiret, nisi ipsius Generalis morte.

BIBLIOTECA CIVICA UD.

Quae cum ita sint, attenta meditatione considerandum quas dotes habere debeat is, qui nostro huic ordini praeponatur, ut tam magno, ac tam amplo muneri satisfaciat, et Societatem ad eum finem, ad quem instructa est, sua Providentia, suoque consilio regat, atque invicto, ut par est, zelo promoveat.

Meminerint, necesse est, quibus dotibus ornatum voluit Venerabilem Praepositum S. Pater noster Ignatius. Voluit, eum talem esse debere virum, cujus in omni virtutum genere exemplum, subditos juvet; liberum interius ab inordinatis affectibus, ac exterius tam bene compositum, ut nihil ~~sit~~ [illegible] ne verbum quidem, quod non aedificationem praebeat nostris atque externis. Qui mansuetudine quidem amaretur a subditis, ~~cum~~ zelo temperare sciat, unde timeatur. Qui denique summa animi magnitudine, ac fortitudine praeditus, paratus sit ad mortem pro Soc. bono in Christi obsequio subeundam.

Ad haec sibi non esse dubium, ajebat R. P. Piccolomineus, quin pro suo in rem communem studio, firmum ~~[illegible]~~ cuique [illegible] ac ratum, illi suffragari, qui esset tanto muneri secundum [illegible] eo vel maxime, quod ad id juris jurandi sacramento quisque adstringeretur. Illud tamen difficile, ut bonae cujusque voluntati rectum de unoquoque judicium ex aequo respondeat. Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? + ~~Cogitationes mortalium timidae~~

Provisum quidem esse, ut quantum in nobis est, de uniuscujusque dotibus reciprocis informationibus instrueremur. At hae Providentiae nostrae incertae, erroribusque obnoxiae, ut proinde timidae sint semper, atque incertae nostrae cogitationes, praecinente divino oraculo: Com

+ aut quis poterit cogitare quid velit Deus: cogitationes enim mortalium timidae, et incertae. Sap. 9. ibid.

silium tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, et miseris spiritum sanctum tuum de altissimis? cum ergo ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad Deum, eumque intimo cordis affectu exoremus: Sapientia tua, Dne, novit opera tua, scit quid sit placitum oculis tuis, et quid directum in praeceptis tuis: Mitte illam de coelis sanctis tuis, et a sede gloriae tuae, ut nobis sit, et nobiscum laboret, et sciamus quid accepti sit apud te.

ibi

Paralip. 20.

Sap. 9.

Hoc profecto dubitandum non quin orationes nostras non exaudiat Dnus: si enim Christus Dnus cuicumque petenti spiritum bonum promisit, negabit nobis in nomine suo congregatis, negabit Societati universae, quae tandiu spiritum bonum petiit, petit adhuc, et petere non cessabit usque dum optimus eligatur Praepositus, quod cuicumque fideli oranti promisit, negabit filiis constanter orantibus, propriis laicis deprecantibus, jejuniis, flagellationibus, variisque cruciatuum generibus sese affligentibus? quin potius suo favore negabit ad quam [illegible]. Adeamus igitur ut monebat P. [illegible], cum fiducia, statuto hoc ad thronum gratiae ejus, et misericordiam consequemur.

Postquam finem fecit dicendi R. P. Percarius, monuit Patres, in cubiculo Aulae majori adjacente, ad quod aditus caeteris omnibus serare quo libitus, solis electoribus patebit, in hoc ingram cubiculo prostare Interrogatorium a se, Assistentibus, ac Deputatis ad definiendum recognitum, et approbatum, et ad usum hujus Congregationis ordinatum. † Atque ita post breves [illegible] orat. finitisque Coetus, et suffr. a Secretario, fuere de more combusta. Affixum autem interrogatorium est ut hic subjicitur.

aut militabit Societas?

[illegible]

129

Interrogatorium

Ad usum Congregationis 17. Anno 1751.

A Rev.mo P. Vicario, et Patribus Assistentibus, a to

Deputatis ad Definiendum

recognitum, et approbatum.

Ex interrogationibus iis

eoque movetur privato affectu erga Personam aliquam, Prov
Societatis bonum, non privatus aliquis affectus, aut politica. n
in designandis Superioribus?

4. Num ita diligerit, rectitudinem, ac necessariam severit
tiem degenerat, nec in austeritatem, ac pertinaciam: sed p
nullâ aut Externorum intercessione, aut Nostrorum co

5. An praeclaro intellectus, et judicii dono polleat in iis, qua
rerum, et dexteritate polleat, sed citra speciem omnem asbe
vel perimat, vel imminuat?

6. An ea vigilantia, et solicitudine praeditus sit, et strenuitate, qu
est detrimentum, et perficiat ad Constitutionum normam, ci
paupertate suis exemplis praeiturum; sed etiam adversus ea
sonarum acceptione coërciturum. Et an ea adhibiturus
ni huic statuenda videbuntur?

7. An metus non sit, ne omnia inferiorum Praelatorum arbit

8. An Corporis bonam habeat valetudinem, ne sanitatis tuend
habeat aetatem, scilicet nec valde senilem, quae ad curas, et
nec auctoritas, nec experientia comitari solet?

9. An eas dotes habeat, quae ad aedificationem, et Dei obsequi
et ea, quae ad auctoritatem cum Externis, et cum Nostris

cietatis bonum judicaverit, ab eo nulla aut ex
ci se sinat?

5. An praeclaro intellectus, ac judicii dono polleat in iis,
prudentiâ, usu rerum, et dexteritate polleat, sed cir
in illum amorem, et fiduciam vel perimat, vel im

6. An ea vigilantia, et sollicitudine praeditus sit, et
quae ex parte passa est detrimentum, et perficiet ad
non modo sit spes, ipsum in colenda Paupertate sui
in locis abusus fortiter, constanterque, sine ulla demen
veter remedias, quae vel statuta sunt, vel

7. An metus non sit, ne omnia Inferiorum Praelator

8. An Corporis bonam habeat valetudinem, ne sanitatis
an congruam habeat aetatem, scilicet nec valde sen
sit, nec valde juvenilem, quam nec Authoritas, ne

9. An eas dotes habeat, quae ad aedificationem, et Dei
tio, bona fama, et ea, quae ad Authoritatem cum C

10. An clarus sit in virtutum ornatu, de quo Societat

...que R. P. Vicario, et PP.[bus] Assistentibus, et Deputatis ad Detrim... recognitum, et approbatum.

Ex interrogationibus iis, quas in R. Cap. part. 9. Constit., sive in Inter... torio ex iis concinnato legere est; ex Interrogatorio insuper alio... ad usum Congregationis 16. anno 1730, visum est R. P. Vicario A... sistentibus, ac PP.[bus] ad detrimenta Deputatis praesens Interrogato... conficere ad usum hujus 17. Congregationis, paucis vel resec... vel adjectis ut iis incommodis ea, qua par est diligentia, obv... eatur, quae nostris hisce temporibus passa est Societas, vel pa... timetur.

1. An cum Deo in oratione, et aliis suis actionibus sit conjunct... et spes sit, ut ad spiritum devotionis strenue subditos promoveat, et regularem observantiam, praesertim quae ad res spirituales omnes?

2. An vir sit, cujus in omni virtutum genere exemplis reliquos de Societate juvet, praecipue ut perspicuus sit charitatis, et humilitatis splendore, ut metus non sit, ne alienet in iis, quae pertinent ad victum, vestitum, supellectilem, et ipsam agendi rationem cum Nostris. Vel ne quid sibi adsciscat de fastu, ac licentia suo arbitratu vivendi; An patienter ferat, admoneri se ab eo, cui munus hoc a Societate demandatur; nec tantum suae prudentiae confidat, ut nihil, vel parum eorum judiciis tribuat, quos illi Societas Consiliarios voluit.

3. An liber ab omnibus inordinatis affectibus ita sit, ut nulla perturbatione, vel affectu abripi soleat, judiciumque praecipitare; nullosque moveatur privato affectu erga personam aliquam, Provinciam, aut Nationem, imo animadversurus speratur in illos, qui vitio isto laborant, nec eos ad regimen adhibiturus? Atque adeo... ne, nisi obseq... etatis bonum, aliquis affectus, ratio illum dir... stranda publica... praesertim in d... Superioribus.

4. Num ita didicerit rectitudinem, ac necessariam severi... ...

judicaverit, ab eo nulla aut Externorum intercessione, aut Nostrorum commiseratione flecti se sinat.[2]

5. An præclaro intellectus, ac judicii dono polleat in iis, quæ ad Speculationem, aut praxim occurrunt. Quâ doctrina, prudentiâ, usu rerum, et dexteritate polleat, sed citra speciem omnem astutiæ, vel simulationis, quæ suorum in illum amorem, et fiduciam vel perimat, vel imminuat?

6. An ea vigilantia, et sollicitudine præditus sit, et strenuitate, qua regularem observantiam et instauret, si qua ex parte passa est detrimentum, et perficiat ad Constitutionum normam, circa paupertatem ordinatim, ut non modo sit spes, ipsum in colenda paupertate suis exemplis præiturum, sed etiam adversus eam gliscentes variis in locis abusus fortiter, constanterque, sine personarum acceptione coerciturum. Et an ea adhibiturus speratur remedia, hac in re, quæ vel statuta sunt, vel Congregationi huic statuenda videbuntur?

7 An metus non sit, ne omnia inferiorum Prælatorum arbitrio permittat, aut illorum Auctoritatem circumscribat?

8. An Corporis bonam habeat valetudinem, ne sanitatis tuendæ curâ labores muneri suo necessarios defugiat. Et an congruam habeat ætatem, scilicet nec valde senilem, quæ ad curas, et labores hujus officii idonea non sit; nec valde juvenilem, quam nec Auctoritas, nec experientia comitari solet?

9. An eas dotes habeat, quæ ad ædificationem, et Dei obsequium conferunt, cujusmodi esse solent existimatio, bona fama, et ea, quæ ad Auctoritatem cum Externis, et cum Nostris adjuvant?

10. An clarus sit in virtutum ornatu, deque Societate optime meritus. Aut certè sit in eo probitas, et talis amor erga Societatem, ~~ejusque dominam~~, ut cum vitæ etiam discrimine eam defendat, si quando ex sui muneris debito pro Dei gloria, proque communi Societatis utilitate, sive contra Domesticorum contumaciam, sive contra Externorum malevolentiam obniti oportebit. Societatis autem doctrinæ, aut bonæ famæ ita credatur affectus, ut illam contra adversariorum artes, atque impetus sit defensurus?

11. An efficaciter sit in Nostris promoturus profectum in literis, eos castigando, qui vel studio sunt parum addicti; vel a doctrina nobis præscripta in-
Congr. 6a et Cong. dec. 4a declinant.[2]

12. Denum an aliquod habeat ex impedimentis, de quibus agitur in examine cap. 2. et 3. et 1. part. Const. cap. item 2. et 3.

BIBLIOTECA CIVICA UDINE

34

~~Ac eodem loco, eamque ordine servato~~
~~3ª Classe &c, [illegible] suffragia electionis [illegible]~~
~~[illegible]~~

~~P. Joseph [illegible]~~

2

Actio 4.ª

Statuta die quarta Julii, horâ nonâ, et dimidiâ cum de Patres in Templum contulissent, sanctissimamque Eucharistiam a P. Assistente Galliæ rem sacram faciente accepissent; cumque coeteræ omnia formulâ ante Electionem præscripta, executioni fuissent mandata; Reduces e Templo electores, Aulamque suo singulos ordine de Spiritu ingressos, post recitatum hymnum de Spiritu Sancto, et Ecclesiæ collectam, in illa inclusit P. Hieronymus Ridolfi Vice-Præpositus, cui additi sunt Socii substituti Assistentiarum

(Iseghe Joachino de la Grandville)
(qd illi munus a P. Vic.° fuerat demandatum)

Orationem ad Patres habuit P. Philippus Antonius Orlandi dignam hoc consessu, quâ ut doceret quantum et quanti momenti, quantique periculi opus moliren-tur, præmisit gravem hac de re Gregorii 13. sententiam. Is, ut monumentis historiæ nostræ proditum est, cum agerentur generalia comitia, quibus P. Claudius Aquaviva renunciatus est Præpositus Generalis, Patribus qui cum dicerant Apostolicam benedictionem petitum cum multa dixisset, ut eos ad optimam electionem faciendam, omni depositâ humanâ, ac politicâ ratione, hortaretur, id unicè spectantes, quod divinæ Gloriæ, Societatis bono, et Ecclesiæ, ac Sanctæ Sedis utilitati magis congrueret; tandem dicendi finem fecit brevi hac sententia, quam tamen æquum est pertimescere: Memento nihil vos unquam habituros, de quo severius in supremo judicio exposcenda vobis sit ratio

Tum orator, conversâ ad Patres oratione: Quid, inquit, nihil igitur erit, de quo severius in supremo judicio reposcenda nobis sit ratio, quam de electione ista? Ecquid tandem

illud est, de quo in ea nobis tam severè ratio exposcetur? Nempe de Societate est ratio reddenda, quam totam evertⁱ necesse est, ubi minus idoneum Generalem habuerit. Quod multis ostendit, illustravitque, adducta præsertim similitudine Naviculæ Divi Petri, in qua Ecclesiam repræsentabat; dormiente, scilicet Christo, fluctuum, et ventorum tanta vi opprimebatur, ut cùm penè mergeretur, inclamare opus fuit: Domine salva nos, perimus. At ea Navicula, cujus clavum Christus sive dormiens, sive vigilans moderabatur, mergi non poterat. Navicula est Societas, undique in toto terrarum orbe fluctibus jactata: multæ enim sunt, nostra præsertim hac tempestate, ubique terrarum hujus familiæ oppugnationes, eæque maximæ. Periculum augent internⁱ Domesticorum fluctus, minus exacta legum observantia, Zeli defectus, Sociorum in Spiritu, ac doctrina profectus non modicè imminutus. Jam si Naviculæ hujus clavum non vigilans, non solicitus, non fortis, non zelo prudens, non providus, non rerum usu doctus moderetur, sed dormitans, tepidus, sibique indulgens, et suis commodis, conclamatum erit de Societatis Navicula, deque divini Numinis gloria, ac Proximorum salute, ad quam procurandam instituta est. Et parva hæc erit jactura, de qua non jure merito in supremo judicio severissimè nobis exposcenda sit ratio? Itaque ad optimam electionem impellat Societatis Amor, impellat divina gloria, et Animarum Zelus, impellant denique Socii omnes ex omnibus hujus orbis, ac Provinciis, quasi tendentes supplices manus, et Patrem optimum exposcentes. Quasi ex hac hora pendeat, utrum eadem, qua hucusque vixit, indole, Societas vivat, verùm nacta Parentem; an quasi alieno prodita, absurdos in mores degeneret –

(nata est, qua Dolius, quasi

†

Auc
Spi
Uni

B...

Concione audita, Congregationi proposuit R. P. Vicarius
quod in electione Assistentis electionis suffragia recogno-
verint Secretarius, et unus Professione antiquior, cum
tamen formula ex Decr. 7. Congr. 10. praescribere videatur
ut duo antiquiores Professi ea suffragia recognoscant,
sicut in electione Secretarii. Petiit itaque num videretur
Patribus supplendus defectus, si quis irrepserit.† et com-
muni suffragio censuerunt Patres, supplendum.

Tum [illegible] Venerabilis [illegible] hora solita [illegible] sacarunt; caeterisque vitae servatis, quae a formula praescribuntur, R. P. Vicarius, Secretarius et Assistens electionis jurejurando praescripto a formula [illegible] dederunt ad fideliter excipienda, et publicanda suffragia. Inde R. P. Vicarius absolutionem a censuris [illegible] dedit, et ipse vicissim ab Professo antiquiore accepit ut formula praescribit. Post hoc *

tentatum est primum scrutinium, et in eo primo [illegible] lau-
dabili animorum consensione, electus est ad plenam majori-
tate suffragiorum‡ R. P. Ignatius Vice-Comes. Itaque [illegible] publicatur
fuit a Secretario, et publicatum Decretum, [illegible]

Cum in plena, et legitima Congregatione, collato numero
† Auct. Sedis Apostolicae, et universae Societatis omnium suffragiorum, plusquam media pars omnium
Reverendum Patrem Ignatium Vice-Comitem nominaverit,
et elegerit; ego Vespasianus M.a Trigona electionis Secretarius,
[illegible] praedictum Rev. P. Ignatium Vice-Comitem in Prae-
positum Generalem Societatis Jesu, in Nomine Patris et
Filii et Spiritus Sancti, Amen.

Datum Romae in Aula magna Domus Professae die
4. Julii 1751 — Vespasianus M.a Trigona Secretarius Electionis.

‡ retulit enim ex 88. suffragiis 64 (?)

Postquam Decretum istud lectum fuit paucis quidem verbis,
sed sensu uberibus Patres allocutus est R. P. Praepositus Gene-
ralis: Mirari se, quod optimam de eo opinionem habuerint
benevolam quidem, sed minus recte; et nescire qua ratione posset
in aetate provectus, ac viribus destitutus sese cum fructu [illegible]
suam Religionis servitio impendere: [illegible] obedientiam cui
reluctari non licebat, impositum sibi onus, acceptabat. Atque
eo animo acceptabat, ut qua ratione posset, non defuturus

CVRIA ... UD... [stamp]

se munere suo promitteret. Interim, quamvis invitus, aliis Patribus egit, quod ad talchonosis culmen eum evexerint, illisque omnibus, pro data occasione, grati sui animi documenta se daturum pollicitus est.

Ubi manum R. P. Generalis osculatusque est Secretarius, Janitores monuit, electum fuisse Generalem, cujus nomen brevi illis declaravat. Atque ipsa postquam electores omnes suo quisque ordine manum R. P. N. osculati sunt, combustisque fuere in ipsa Congregationis aulâ, ante omnium oculos suffragiis a Secretario, eos docuit, R. P. Ignatium Viscantitem Praepositum Generalem fuisse electum.

Nec mora Nostrorum Chorus vexillum Crucis anteferens Altarem subiit. Illoque alternatim Canticum Benedictus canente, electores bini, et bini, Rev.$^{\text{o}}$ Patre Nrô agmen claudente, in Templum sese contulerunt inter omnigenae ordinum turbam frequentissimam illi; et electoribus gratulantem. Primo ad majus Altare gratiae actae sunt Deo, deinde ad S. P. nostri Ignatii depositum. Caeteri demum omnia quae jubet formula adamussim servata sunt. Reduci Patri Nostro in Cubiculum, Socii, qui certatim confluxerant ex omnibus nostris Romanis aedibus, debita exhibuerunt obsequia, ejusque manum sunt osculati.

apponendo alla pa-
l.a a sinistra
nome
Ignatius alla dritta
nome

Actio 5.

Die septima Julii.

Vocati sunt de more ut Congregationi adessent Pater ~~Joseph~~ Joannes Scotti Secretarius Societatis, et P. Josephus Augusti Procurator Generalis. Recitatoque hymno Veni Creator alternis a R. P. N., et ab Coetu universo, et antiphona sub tuum praesidium cum oratione

Retulit Congregationi R. P. Noster, se, ipsa electionis die post prandium cum Patribus Assistentibus, et Secretario Societatis, adiisse Summum Pontificem, a quo humanissime fuit exceptus cum tanta benignitatis, ac benevolentiae significatione, ut nedum jusserit, ut surgeret, et in pedes staret; sed nec permiserit, eum multa loqui, quin loqui vix incipientem interpellavit gratulatus illi, ac electoribus optimam electionem, sibique gratam acceptamque, tanta praesertim concordia factam ut toti huic Almae Urbi maxime fuerit aedificationi. Tum in Societatis laudes sese effudit, cui signa suae benevolentiae, ac Protectionis se daturum ~~dixit~~ promisit in causa praesertim Ven.lis Card.lis Bellarmini, quam dixit sibi cordi esse, sed cum magna ea sit, expectare se eam temporis opportunitatem, quae spem certam faceret, eam terminandi cum ea gloria, quae venerabilem Card.lem decet, et Sanctae Sedis dignitatem. Demum demissos ad pedis osculum eos benigne dimisit.

His a R. P. N. narratis, ventum est ad electionem Secretarii Congregationis, et Patrum illi adjungendorum; electusque ad plura suffragia est Secretarius Congregationis idem, qui fuerat electionis P. ... additique illi sunt comites P. Andreas Vaspasianus [illegible] Trigona, et P. Gaspar Joseph Gagna[illegible] similiter ad plura suffragia electi [illegible].

Tum R. P. N. rogavit utrum placeret Patribus diem undecimam hujus mensis eligendis Assistentibus praescribere? et definire quatriduum illorum electioni praemittendum incoepturum die crastina, octava, scilicet, mensis? Responsum voce unanimi

utrumque placere.

Iterum R. P. N. petiit num placeret electiones Deputatorum ad secernenda postulata, quae Congregationi proponi debessent, ad diem alteram transferre vel omnes vel saltem aliquas; non enim tempus superarat ad eas omnes peragendas. Et arbitrio R. P. N.i placuit Congregationi remittere rem hanc. Jussit itaque R. P. N. Generalis ut eligeretur Deputatus pro Assistentia Italiae, et ad fura secreta suffragia electus est P. Joes Antonius Timoni Provlis Romanae Prov.ae. Inde praescripta est eligendis aliis Deputatis dies nona hujus mensis; et brevi, secretaque oratione clausa est sessio, ambustaque fuere de more suffragia.

Actio 6.a

9. Julii 1751.

Sessioni huic non potuit interesse P. Joannes Juraha elector Prov.ae Lituaniae, + vocatus eâ ipsâ horâ sessionis a Rege Angliae et legitimus reputatum fuit ab omnibus impedimentum hujusmodi. Itaque

Statutâ die 9., consuetaque hora in Aulam ad Campanae pulsum se receperunt Patres, factaque brevi, secreta prece; lecta sunt acta sessionis 3. 4.a et 5.a, quae ob rerum agendarum multitudinem legi non potuerant in prioribus sessionibus. Cumque ea Patribus probata fuissent, progressum est ad electionem Deputatorum ad secernenda postulata pro Assistentiis Germaniae, Hispaniae, Galliae, et Lusitaniae; nam in priore sess.e 5. electus fuerat Deputatus pro Assist.a Italica. Itaque electi sunt ad plura suffragia pro Assistentia Gallica P. Leonardus de Plasses Prov.lis Prov.ae Aquitaniae. Pro Germanica P. Stanislaus Poggiel Provlis Poloniae. Pro Hispana P. Martinus Garcia Prov.lis Prov.ae Baeticae. Pro Lusitana P. Ignatius da Silveira Assistens. Singuli singulis scrutiniis.

Post haec designata est eligendis Assistentibus dies 11. hora mediae sagra duodecimam, fusaque ad Deum secreta prece, soluta est sessio, et ambustae de more suffragia.

Actio 7.ma
11. Julii 1751.

Post brevem, ac secretam orationem, proposuit R.dus P. Nr ut lectio 6.ae sessionis propter multitudinem ~~tractandorum~~ expediendorum in ista, in sequentem rejiceretur, quod Congregatio probavit. Itaque lectus Secretarius § 78. formulae, in quo, quales eligendi sint Assist.es explicatur, cumque magni momenti sit Assistentium electio, monuit R. P. Nr ut orationi aliquantulum temporis vacarent oes, ad bonam electionem a Deo ~~ut alios impetrarent te-~~ ~~nd electionem~~ omnium bonorum datore impetrandam. Orationi vacatum est ad Ptris Nri arbitrium.

Electi deinde sunt ad plura mediate suffragia pro Italica P. ~~Augustinus~~ Centurione Prov.lis Prov.ae Mediolanensis, pro Germanica P. Leonardus Tschiderer, pro Gallica P. Joseph Joachim de la Grandville; pro Hispanica P. Petrus de Cespedes, qui tres hoc eodem munere fungebantur, pro Lusitanica vero P. Joannes Guzman Rector Collegii Scalabitani et Assistens, extra vocalis numerum. Assistens quidem Italiae, et Galliae primo scrutinio, Germaniae tertio, reliqui vero secundo scrutinio.

Post peractam electionem oes electi Assistentes praeter ultimum, qui longe aberat accesserunt ad mensam cui apsidebat R. P. noster ~~et~~ atque coram Chri effigie e Cruce pendentis juramentum conceptis ~~et~~ formulae verbis expressum, pronunciarunt.

Tum placuit R. P. N, ac coetui universo Admonitoris elect.onem transferre ad sessionem sequentem, cui ~~indies~~ praescripta fuit dies 13. et solita precatione secreta, ind soluta est praesens sessio, et suffragia fuere combusta.

[stamp]

Actio Octava

Die 13. Julij 1751 –

Ab hac sessione abfuerunt P. Petrus Flouret V. Prov.les Tolosanæ Prov.æ, et P. Joseph M.a Bianchi Prov.lis Venetæ, uterq; morbo prohibitus. Illiq; adfuerunt P. Jo: Scotti Societatis Secretarius, et P. Joseph Augusti Proc. Gen.lis

Facta de more brevi, secretaq; oratione, lecta sunt acta sess.is 6. et 7.æ Deinde ante Admonitoris electionem orationi vacatum est ad P. Nri arbitrium, ut monet formula, quâ expleta ventum est ad suffragationem; P. Andreas Jazet, et P. Gaspar Joseph Fagna Socii post collectionem Patrum suffragiorum, adierunt cum capsula, cujus clavem apud se habebat R. P. Nr, in * clausa Congregatione attulerunt suffragia Patrum ob infirmam valetudinem absentium.

Numerata, lectaq; sunt de more suffragia, et 1.o scrutinio electus est ad suam Maiestate suffr.rum Admonitor P. Ignatius de Sylveira, is, qui fuerat Lusitaniæ Assistens.

Lectum deinde fuit Decretum Urbani 8., quod incipit: Sanctissimus Dominus noster, quo jubet, in quocumq; generali conventu comonere Religiosos de injunctionibus observantiæ, et executione Apostolicarum Constitutionum, Decretorum + illorum praesertim, quæ in hoc ipso Decreto citantur. Item cum Decr. Clementis X.mi non concedendis ... ad Missiones pergentibus sine speciali Sedis aut Sacræ Congregationis de propaganda fide scripto expressa licentia, deq; non imprimendis alibi libris, qui forte in Urbe scripti sunt, absq; Magistri Sacri Palatii facultate. Lectum denique Decretum Benedicti 14. editum anno 1745. quo, confirmatis contra abutentes Missæ Sacrificio ad Sortilegium, vel Poenitentiæ Sacramento ad sollicitationem aliis a jure vel per Apostolicas Constitutiones impositis poenis; eosdem insuper perpetuo inhabilitat ad Sacrificii celebrationem.

+ et ad officium Inquisitionis pertinentium

[struck] Tum R. P. N. rogavit Congregationem num censeret concedendam facultatem discedendi a sess.o antequam absolvetur P. Jacobo Antonio Fevre vocato a Serenissimo Britanniæ Rege, et Patres omnes annuerunt. Iterum rogavit num censeret Congregatio aliquas particulares Deputationes instituere ad examinanda

Postulata ‡, ~~quorum [illegible] ipsi Congregationi [illegible]~~ ~~judicio audito~~, quisque PP. Congr. ~~[illegible] judicaverit sententiam suam dicant~~? Et unanimi voto censuerunt esse eligendos a nobis hujusmodi Deputationes, easque ad arbitrium Patris Nostri Congregationi praesidentis. ~~[illegible]~~ Lecta sunt aliquae Postulata, quae proponenda Congregationi censuerant PP. Deputati. Ea sunt, ut subjiciuntur.

‡ Diversos pro Postulatorum diversitate infra ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ ~~venirent Congregat.~~

I. ~~Postulatum fuit a~~ Prov.a Tolosana, ~~quod~~ quamvis ~~ipsa~~ non dubitet, praecepta toti Prov.ae a R. Gen.li imposita ejus obitu non infirmari; tamen aliquorum dubia evertendi postulat, ut Gen.lis Congreg. definiat, praecepta illa totum suum robur retinere, donec revocentur.

Declaravit judicio audito, eo quod illa postulata esse Congr.ae illius discutienda venirent; quisque PP.

‡ Diversos pro Postulatorum diversitate. Sor[illegible] Deputat.s ejusmodi post factam accuratam discussionem postulatorum, quae iis remittenda censuerit Congr. judicium suum proponent Congreg.

2. Prov.a Franciae petit an sint praecepta in virtute S. Obedientiae totam Soc.em obligantia praeter ea quae typis mandata sunt in editione Pragensi Nri Instituti? Et si quae sunt in illa editione non contenta, postulat quid Congr. Gen.lis retinenda velit, postulat Prov.a Congreg. Dei, ut ea recognosci, et typis mandari curet, ut omnibus constet, quae praecepta, quae non sunt in ea Pragensi editione, aut alio subinde modo typis excusa, et universae Societati significata, vel nunquam expressa, vel hoc ipso abrogata esse.

Hoc autem judicio audito, quisque PP. Congregationis sententiam suam edixit de iisdem postulatis, eo ut expediret in suo judicio censuit. Unanimi voto.

facilius, ac expeditius

3. Eadem Prov.a quaerit a Congreg. Gen.li quanto tempore praecepta in virtute S. Obed.ae imposita a R. P. N. Gen.li Prov.ae cuipiam, vel Domicilio post ipsius obitum vim suam retineant, et ab ea postulat, ut declaret, vel statuat, 1. illa praecepta vim suam retinere usque dum Prov.lis et Deputati ad Gen.lem Congreg. in suam Prov.am redierint. 2. Iis in Prov.am redeuntibus, ea praecepta Praep. Gen.li repraesentata, hoc ipso revocata censeri, quae Prov.lis ea iterum esse de novo confirmata, declaraverit.

4. Eadem Franciae Prov.a postulat ut Congr.o Gen.lis novum typis indicem opinionum, quas sive in Philosophia, sive in Theologia vetitas velit: opiniones indicibus hucusque factis 1. proscribantur docendae quaedam obscurae, exoletae, et ab omnibus Academiis proscriptae. 2. quaedam olim opiniones jure prohibitae sunt, quia periculosae videbantur, et vel ipsa sua novitate suspectae, quae nunc nihil habere periculi certo cognoscuntur, et in omnibus Academiis obtinent.

5. Demum eadem Prov.a postulat, ut salvis semper iis, quae ad fidem,

BIBLIOT… UdB

et bonos mores pertinent, disputandi, docendique libertas relinquatur, nisi novi subinde transmittantur elenchi, nisi rei prius communicatis cum Provincialibus, et doctis proloquiis, quibus ipse Prov.lis istos communicaverit, ac nisi rescitum fuerit, nihil esse timendum incomodi ex circumstantiis loci, ac temporis, ex sensu Cleri Superioris, et ex prudenti Principum, ac Magistratuum dispositione—

Post lecta hujusmodi postulata, monuit R. P. N. ea affixa esse in Cubiculo Aulae adjacente, ut ab omnibus Congregatis legi, et considerari possint ~~commode queant~~ = In proxima autem Sessione, horum postulatorum discussionem reiiciendam censuit. Futurae vero Sessioni placuit R. P. Nostro, universoque Coetui diem 15. hujus Mensis praescribere. Itaque brevi secreta oratione, combustisque suffragiis, soluta est hodierna Sessio—

Actio Nona

Die 15. Julii 1751.

Item, qui a praecedente sessione abfuerat morbo impeditus P. Petrus Flouvat, eadem ob causam huic adesse non potuit. Post brevem a Patribus secreto fusam orationem, (quam fuisse factam tum initio, tum in fine sessionum, subintelligatur in posterum, ne idem toties repetatur) lectum est a Secretario postulatum P. Fabii Danzetta, qui maximâ, ut ajebat, atque omnibus notâ audiendi difficultate laborans, ita ut in praecedentibus actionibus pene nihil eorum, quae proposita fuerant, audierit; petebat ut reliquo Congregationis tempore ab ea abstinere sibi liceret; cum ex eodem impedimento in negotiorum discussione, aut sibi tacendum, aut aliorum sententiis, ne quidem auditis, annuendum esset.

P. Joan-

Va quae etiam abfuit ob infirmam valetud. P. Gabriel Juan ~~Proc.~~ Aragoniae Provinciae Procurator

Tum petiit R. P. Nr, num censeret Congreg.o postulato huic annuendum. In varias abiere sententias Patres: Alii contendebant, non esse illi annuendum; alii simpliciter annuendum postulato; Alii annuendum quidem ut a publicis Congressibus abstineat, sed illi praecipiendum ut in privatis ~~Cong.~~ Deputationum Congressibus, sententiam suam edicat; Alii putabant illi quidem annuendum, sed ejus loco advocandum substitutum a Rom. Cong.e Provinc. Longe tamen major fuit pars eorum, qui putarent, illi simpliciter annuendum, et neminem loco ejus surrogandum. Quare data illi fuit facultas abstinendi a reliquis Congregationis sessionibus, et nemo illi substitutus fuit.

+ gerens declaravit se praecepto partibus Provinciae a Sen. impositi durante quamvis revocavit;

Deinde lecta sunt acta praecedentis sessionis. Ut autem ventum est ad lectionem primi postulati Tolosanae Prov.ae, jussit R. P. N. audiri Patrum suffragia de eo postulato; sed ea tam diversa, tamque prolixa fuere, ut cum tempus non superfuisset, ut omnium Patrum Congregatorum audirentur suffragia, putavit R. P. Nr, omnibus annuentibus, quae supererant audienda suffragia, in crastinam differre 16. hujus mensis.

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

Actio decima

Die 16. Julii 1751—

Eodem modo, quo supra dictum est, laborantes, ab hac quoque sessione, abfuerunt iidem PP. Petrus Flourat, et Gabriel Juan. Tum filii [illegible] quibus [illegible] per tempus non licuerat in praecedenti sessione respondere proposito postulato Prov.ae Tolosanae. Varia et inter se discrepantia fuere vota Patrum. Alii enim contendebant declarandum esse a Congregatione, quod omnia prorsus praecepta non solum sive a Genli. Praepositis, sive a Provincialibus, sive a Rectoribus lata, sive Provinciis [illegible] particularibus, [illegible] domiciliis, vim suam retineant mortuo etiam Sup.re praecipiente, usque dum revocentur = Alii concedebant faciendam quidem eam declarationem, sed stricte loquendo de praeceptis a Genli. impositis, [illegible] parti Prov.ae juxta expressam Bolosanae Prov.ae negatam petitionem. Alii [illegible] putabant, eam declarat. non esse [illegible] cum ea praeceptorum permanentia ab aliis Congregationibus generalibus aut sancita sit, aut certo praesupposita; Alii [illegible] acriter contendebant nullo modo deveniendum ad eam declarationem, quia cogitandum potius de revocandis tot praeceptis: adeo enim excrevit eorum numerus ut importabile videatur onus, cum praesertim videatur tale onus Instituto, et S.i Parentis nri. mente alienum: Noluit enim S.us Pater suis Constitutionibus nos adstringi peccato aliquo, vel veniali; quia Deo persuasum illi erat nos regi debere charitatis lege, ut in eam partem inclinaverit, ut neque scriberentur Constitutiones. Demum alii tam longe distabant ab hac declaratione ut senserint nequidem posse Congreg. id declarare. In ea enim erant sententia, quod perpetuitas non poit [illegible] cum ratione quia praecepti adeo [illegible] est solius legis. Unde [illegible] declarare hujusmodi perpetuitatem perinde esse ajebant, ac tribuere Superioribus nostris potest. legislativam, quam certe nemo habet in Soc. praeter unam Genl. Congreg. Cum aurem id praecipere sit substantia [illegible] [illegible] videatur

+ suffragia sua dixerunt, suo quisque ordine —

+ nedum toti Societati, aut alicui parti Prov. sed etiam

• Deo proprium sit solius Congreg. aut legis, ut statuat

Actio decima

Die 16. Julii 1751.

Eodem laborantes morbo ab hac quoque sessione abfuerunt iidem, qui antecedenti non adfuerant P. Petrus Fleuret, et P. Gabriel Juan ~~Lambé~~, alter V. Provin. Tolosanae, ~~alter~~ Provin. Aragoniae alter ~~Provinciae~~.

Tum, lectis de more actis praecedentis sessionis, illi omnes, quibus per tempus non licuerat in praecedenti sessione respondere postulato Provinciae Tolosanae, suffragia sua dixerunt, suo quisque ordine. Varia, et inter se discrepantia fuere Patrum vota.

Alii enim contendebant, declarandum omnino esse ad dubitationes omnes in posterum avertendas, vitandumque scandalum, quod omnia prorsus praecepta, sive a Generali Praeposito, sive a Provincialibus, sive a Rectoribus lata ea sint, nedum toti Societati, aut alicui particulari Provinciae, sed domicilijs etiam, vim suam retineant, mortuo etiam, aut munere functo, Superiore praecipiente, quo usque a legitimo Superiore revocentur.

Alii concedebant quidem, faciendam a Congregatione eam declarationem, restrictam tamen, quod ~~[illegible]~~ praecepta a Generali Praeposito particulari alicui Prov.ae imposita, juxta expressam Tolosanae Provinciae petitionem.

Alii putabant, eam declarationem non esse necessariam, cum ea praeceptorum permanentia ab alijs Congregationibus generalibus aut sancita sit,+ saltem ex rationis identitate, aut omnino presupposita: Dum enim Congr. 8. decr. 24. declaravit, se nullum robur conferre primae parti praecepti P. N. Mutii de non procurandis externorum intercessionibus, et nihilominus voluit primam illam partem manere pristino praecepto firmatam;

+ etsi non formaliter,

eo ipso suggessit inesse praecepto illi permanentiam.

Alii contra contendebant acriter, nullo modo deveniendum ad eam declarationem, quia cogitandum potius de relaxandis tot praeceptis: adeo enim excrevit eorum numerus, ut impor-tabile onus videri[?] esse voluit illud ipsum, quod suavissimum Societatis jugum S. P. Ignatius: valde enim ab Instituto nostro, prudentisque Parentis nostri mente alienum videri onus hujusmodi, cum constet, eum noluisse, nos astringi suis constitutionibus peccato, vel veniali. Quin adeo persuasum illi erat, nos regi debere charitatis lege, ut in eam partem inclinaverit, ut ne scriberentur quidem constitutiones ullae.

Alii tam longè distabant ab hac declaratione, ut sentirent, ne quidem posse Congregationem id declarare: In ea enim erant sententia, quod perpetuitas adeo propria sit solius constitutionis, aut legis, ut stare nullatenus possit cum ratione puri praecepti. Atque adeo declarare eam permanentiam perinde esse, ajebant, ac tribuere Superioribus nostris legislativam Potestatem, quam certè in Societate nemo, praeter unam Generalem Congregationem habere potest. Cumque privativa haec potestas Congregationis eruatur ex formula ipsa Instituti Julio 3. oblata, et ab eo confirmata, pertinet ad substantialia Instituti ex Congreg. 5. decr. 45. et canon. 7. De substantialibus autem Instituti nec innovare mutandis licet Congregationi Gen.li ex formula Congreg. §. 66. Unde concludebant, nec tractari posse de declaratione ejus in Generali Congregatione, ac proinde rejiciendum esse postulatum.

Hac fortè ratione permotus nonnemo dicere nec dubitavit, quod si quando Generalis Congreg. statuit praeceptorum permanentiam, eam statuit quoad vim directivam tantum, non verò coactivam atque in conscientia obligantem.

Alii mediam viam ineundam censebant; putabant enim confirmanda esse a Congregatione hac, hujusmodi praecepta donec a prima futura generali Congregatione vel confirmentur vel relaxentur prout melius ad Societatis bonum expedire judicaverit.

Denique alii, rem hanc magni esse momenti, et majoris difficultatis; putabant, eam accuratius discutiendam a Patribus Deputatis pro Constitutionibus, decretis, et Generalibus ordinationibus, ut res maturius considerata, discussa, atque utriusque partis rationibus hinc inde perpensis judicarent, quod ipsis in Domino visum fuerit, eorumque judicium Congregationi proponendum, ut a Congregatione deciperetur, quid faciendum sit.

In hac tam varia, tamque opposita opinionum varietate, tandem ex majori Patrum Congregatorum suffragio conclusum est; faciendum esse declarationem, qua declaretur ejusmodi praecepta durare etiam Superiore praecipiente mortuo, aut munere functo, usque dum ab alio Superiore potestatem habente relaxentur. Hujusmodi tamen decretum esse faciendum a Patribus Deputatis pro Constitutionibus, et Decretis, et Congregationi proponendum, ut ab ea approbetur, vel emendetur prout a majori Congregatorum parte judicatum fuerit.

Prov. Franciae. Cum autem illud dignum putat, quod primum, judicaverunt omnes, eodem modo esse illi respondendum.

7um ordine, itemque postulatum, 3um et 4um Prov. Franciae remissa sunt discutienda Patribus Deputatis pro studiis.

Deinde jussu Rdi Patris Nostri lecta sunt aliqua aliarum Provinciarum Postulata, discutienda in proxima sessione, cui assignata est dies 18. hujus mensis. Postulata autem hujusmodi una cum ordine particularium deputationum a P. N. instituendarum, ac

Prov. Tolos.

Et injunctum est PP. Deputatis pro Constitutionibus, Decretis, et ordinat. General. ut recognoscerent, num praecepta tali Soci. imposita sub aliqua obligatione impressa in editione praecepti nunc superstiti, sint alia eodem modo obligantia, eaque, si quae sint, referrent Congregationi.

Deinde quod sit ex postulatis de 3o et 4o ... Prov. Franciae

Patrum Deputatorum ad eas pertinentium, monuit R. P. N. affixa esse in cubiculo Aulae adjacente, ut a singulis Congregatis legi, et considerari possint. Atque ita soluta est Sessio.

Ordo

Est autem ordo deputationum, quarum formandarum cura fuit a Congregatione A. P. W. commissa, quasque ipse rursum constituit ex omnibus Patribus Congregatis conflatas, iis exceptis, qui aliis distinebantur occupationibus, is est, qualis exhibetur in fine hujus Sessionis.

I

Pro Spiritu, et Executione

P. Gabriel Juvan Provts Aragoniae
P. Petrus Dolmans V. Prov. Flandro-Belgicae
P. Josephus Velloso
P. Valentinus Hoegglein
P. Ignatius Henricus de San Martin
P. Claudius Franciscus Fagner
P. Josephus Domaradzki
P. Hercules M. Banditi
Act. Disceptatio [illegible] [illegible] [illegible]

Disceptatio judicii [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Act. 22. p. 85.

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] circa studia [illegible] [illegible] pro studiis [illegible]

Act. 23. p. 87.

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Disceptatio [illegible] judicio [illegible] [illegible] circa [illegible] pro [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Act. 24. pag. [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Act. 25. pag. [illegible]

[illegible] suffragii [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Act. 26. pag. 104.

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] judicii [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] judicii [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Act. 27. p. 110.

[illegible] Disceptatio judicii [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pro [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Act. 28. pag. 119.

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Pontifici pro [illegible] Bellarmini, [illegible], [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] pro Bellarmini [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Disceptatio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Appellatio judicii [illegible] [illegible] [illegible] pro [illegible] [illegible]

2

Pro Lusitaniâ

P. Sylveyra	33
P. D'Irigni	25.
P. Barros	20.
P. Velloso	12.
	90.

Itaque Deputati sunt ad secunda postulata

Pro Assist.te Italiae P. Timoni suffragiis	26.
Pro Assist. Galliae P. de Plaras suff.	26.
Pro Assist. Hispaniae P. Garzia suffrag.	47.
Pro Assist. Germaniae P. Poppiel suff.	24.
Pro Assist. Lusitaniae P. Sylveyra suff.	33.

Assist.te d'Italia

P. Centurione	47
P. Scotti	14
P. Panzeta	13
P. Timoni	7
P. Frigona	5
P. Sagna	2.
P. Coppula	1
	89.

di Germania 1.o scrutinio

P. Tskiderer	32
P. Duni	18
P. Janoski	8
P. Poppiel	11
P. Krieger	15.
P. Hingerle	1
P. Dolmany	1
P. Hoch	1
P. Brusoschi	1
P. Lindner	1
	89.

Pro Germ. 2. scrutinio

P. Tskiderer	44.
P. Krieger	10
P. Duni	27.
P. Poppiel	5
P. Janoski	2
P. Hingerle	1.
	89.

3. Scrutin. inter tres qui plura suffragia tulerant.

P. Tskiderer	49
P. Duni	36.
P. Krieger	4
	89.

electus P. Tskiderer

[library stamp]

Pro Gallia

P. Dela Grandville	81.
P. de Plazas	4
P. Fevre	1
P. Le Gallic	1
P. Lavaud	1.
P. Guttier	
	89.

Pro Hispania

P. de Cespedes	38
P. Joan	22.
P. Garcia	9
P. Laguna	18.
P. Pedros	1
deficit unum suffr. quod numerabat Pro Assist. Lusitaniæ	88.

2° Scrutinio pro Hispania

P. Cespedes	47.
P. Joan	32
P. Garcia	2
P. Laguna	8.
	89.

Pro Lusitania

P. Silveira	35
P. Guzman	36
P. Cabral	9
P. Azevedo	2
P. Fonseca	2
P. de Andrade	2
P. Pavigni	1.
P. Mendozas	1
P. Mendoza	1
	89.

2° Scrutinio

P. Guzman	60
P. Silveira	28.
P. Azevedo	1
	89

Pro Admonitore

P. Silveira	59.
P. Dela Grandvill	3.
P. Orlandi	1
P. Turano	11
P. Danzetta	13
P. de Cespedes	4
	91

Addita sunt suffr. P. Scotti; et P. Angeli qui duo habent suffragia in elect. Admonitoris

Atque ita sunt soluta omnia electionum scrutinia

Actio 4.

Die 4a Julii

Statuta die quarta Julii, horâ nonâ et dimidiâ circa Patres in Templum convenerunt.

UDINE

Nota di tutte le Edizioni

[illegible]

[illegible]

Scrutinio pel Segretario.

P. Lod. Vallio – – – – – – – – 17.
P. Rooneijs – – – – – – – – 2.

P. Weber – – – – – – – – 2.
P. Faget – – – – – – – 1.
P. Simoni – – – – – – 24.
P. Morieger – – – – – 1.
[illegible]
– – – 2.
– – – 1.
– – – 1.
[illegible] – – – 1.

81.

L'Inclusore

– – – 80.
Del C. [illegible] 2.
– – – – 1.
[illegible] – – 2.
[illegible] – – 1.
– – – 1.

87.

[illegible] ad Detrimento.
[illegible] Italia

– – – – 20.
– – – – 23.
– – – 11.
– – – – 22.
– – – 3.
– – – – 2.
– – – 3.
– – – 3.

87.

D. Michel – – – – – – 3.
P. Gagnad – – – – – – 3.

BIBL. C[...] U[...]

Nota di tutte le Elezioni

[illegible]

[illegible]

Scrutinio pel Segretario. 2

P. L. Gallio — — 17.
P. Coorejo — — 2.
P. Bianchi — — 4.
P. Fagnier — — 3.
P. Pigona — — 19.
P. Faget — — 4.
P. Simoni — — 5.
P. Zagna — — 25.
P. Valoris — — 2.
P. Frey — — 3.
P. Laguna — — 1.
P. Orlandi — — 3.
P. Vassey — — 1.
P. Gauthier — — 1
P. Desplaps — — 1
P. Fourd — — 2
P. Brion — — 1.
P. Vanossi — — 1.
P. Centurione — — 2.

87.

Scrutinio pel l'Oratore

P. Orlandi — — 35.
P. Pepe — — 9.
P. Danzetta — — 9.
D. Dichel — — 3.
P. Gagna — — 9.

P. Weber — — 2.
P. Faget — — 1.
P. Simoni — — 24.
P. Mriegu — — 1.
P. Valoris — — 2.
P. Frey — — 1.
P. L. Gallio — — 1.
P. Morillo d'Larda — — 1.

87.

Scrutinio pel l'Incluso

P. Vidalfi d. P. — — 80.
P. Franchini P. del C. hs. 2.
P. Leoni S. di S. — — 1.
P. Gentili Offo del Essa — — 2.
P. Solia Mro del Essa — — 1
P. Santi S. di S. — — 1

87.

Scrutini pel deputati ad Debrimenta.
Per l'Italia

P. Simoni — — 20.
P. Centurione — — 23.
P. Ciceri — — 11.
P. Danzetta — — 22.
P. De Micco — — 3.
P. Bianchi — — 2.
P. Orlandi — — 3.
P. Zagna — — 3.

87.

[library stamp]

Per la Germania.

P. Vanossi — 40.
P. Grim — 3.
P. Burikart — 6.
P. ~~Heri~~ Kriegen — 9.
P. Stock. — 29.
P. Stolzen — 1.
P. Linder — 3.
P. Popiel — 8.
P. Messelmeier — 3
P. Kudelbaub — 10.
P. Dichel — 4.
P. Hingerle — 4.
P. Borozowski — 1.
P. Dolmans — 4.
~~P. ...~~ — ~~...~~
~~P. ...~~ P. Veber — 2.

87.

Per la Francia.

P. Valoris — 9
P. Fagner — 4
P. Desplesses — 23.
P. Gautier — 12.
P. Lavand — 16.
P. Frey — 17.
P. Fevin — 7.
P. Fages — 2.
P. Le Gallie — 4
P. Flourd — 2.
P. La Coquette — 1.
P. de S. Martin — 1.

P. Guyadon — 1.

87.

Per la Spagna

P. Gargia — 22.
P. Susan — 6.
P. Cayana — 21.
P. Bussomant — 1.
P. Zarate — 13.
P. Cornejo — 3.
P. Sobgia — 4.
P. Sagardoi — 1.
P. Elhannan — 6
P. Da Sylva — 1.
P. Verant — 1.
P. Andosilla — 1

86.

Per Portogallo

P. De Andrade — 59.
P. D. Origni — 10.
P. De Barros — 12.
P. Delloyo — 4.

87.

Il numero pieno de vocali è composto di 88. soggetti, ma in questa Ia. sessione sono stati solo 87. per mancanza del P. Delloyo elettore di Portogallo infermo in Gotta.

Di più è da notarsi, che nello scrutinio per Deputato di Spagna i voti sono stati 86. avendo per sbaglio un vocale dato il suo voto

dovuto dall'Assistenza di Portogallo: ma non recando la mora alcuno Spagnuolo la mancanza di questo voto, si ebbe grata dalla Cong.ne questa elezione.

I Deputati per la visita al Papa furono rimessi al P. Vicario perchè mantenesse l'uso di scieglierne uno per assistenza. Perciò il P. Vicario deputò i cinque Provinciali più antichi, che furono,

Per l'Italia il P. Micco Prov. di Napoli ~~Di Italia~~.
Per Francia il P. Flouret.
Per Spagna il P. Ibañez
Per Germania il P. Hessalmeier
Per Portogallo il P. De Andrada.
Assistia il P. Trigona Segretario dell'Elezione.

Assistente all'elezione col Vicario e Segretario.

P. La Teure	2.
P. Domaradzki	1.
P. Hessalmeir	1.
P. Fraeys	1.
P. Timoni	17.
P. Gagna	4.
P. Krigger	1.
P. Cornejo	4.
P. Banditi	1.
P. Pepe	9.
P. De Sylva	1
	42

Ridietro	42.
P. Garzia	4.
P. Valorin	4.
P. De Micco	2.
P. Flouret	4.
P. le Gallic	2.
P. Orlandi	1.
P. de Cespedes	1.
P. Delagrandil	3.
P. Coppula	3.
P. Centurioni	1.
P. Sotgia	1.
P. Panzetta	7.
P. Laforgette	1.
P. Gueydon	1.
P. Vanossi	3.
P. Klanzel	1.
P. Hingerle	1.
P. Juan	2.
P. Ciceri	1.
P. Ibañez	1.
P. Lavaud	1.
P. Bianchi	1.
	88

BIBLIOTECA C. UDINE

Fu eletto con 17. voti P. Timone

Per Generale P.° scrutinio

R. P. Visconti	64
P. Luigi Centurione	14.
P. Julio Panzetta	3.
P. Pietro de Cespedes	3.
P. Filippo Orlandi	1.
P. Giuseppe Trigona	1.
P. Ludovico Franc.° le Gallic	1.
P. Leonardo Tschiderer	1
	88

1. Sagg.°

P. Zigona	65.
P. Crieger	3.
P. Jaget	4
P. Gagna	5.
P. Perramato	1
P. da Sylva	1
P. Le Gallic	2
P. Veber	1
P. Dunin	3.
P. Orlandi	1
P. Dan Ratta	3.
P. Jerre	1
P. Sotti	1
P. Banditi	1
	91.

2.° Sagg.°

P. Jaget	14
P. Gagna	11
P. Gorzo	7.
P. Le Gallic	8.

e altri M.ti con uno, due, e trovato essere eletto Segr.io P. Jaget con 14.

3. Sagg.°

Al 1.° Scrutinio ebbero voti eguali cioè 11 voti gli tre P. Le Gallic, P. Gagna, P. d'Origni — si fece il 2.° scrutinio —

P. Gagna	30.
P. Le Gallic	26.
P. d'Origni	22.
P. Duni	9.
P. Le Terre, P. Ramuspi, P. Sylva, P. Gorzo con Paro	4.
	91.

Deputato pel l'Assist. d'Italia

P. Simoni	26.
P. Barletta	18.
P. Bianchi	13.
P. Ciceri	9.
P. Perramato	4.
P. de Mills	7.
P. Orlandi	8.
P. Gagna	5.
P. Coggola, P. Papa, P. Scalvioni un giano	3.
	91

Per Francia

In hac sess.° deputatus unus legitim. impeditus abfuit

P. de Flores	26
P. Valory	23.
P. Lavaud	15.
P. Delagoutt	6.
P. Guttier	9.
P. Le Gallic	4.
P. Petry Flavet	1.
P. La Rochet	1
~~P. [illegible]~~	
P. Le Fevre	5.
	90.

Pro Hispania

Inventus est unus suffr. in quo erat nomen patri alienus ad Assist. Germaniæ

P. Garzia	47.
P. Juan	20.
P. Sotzia	4.
P. Cornejo	1.
P. Zarate	3.
P. Ostanan	3.
P. de Cespedes	5.
P. Mancillo	2.
+ P. Lazun	3.
P. Algaday	1
	89

Per Germania

P. Loppiel	24.	P. Cohen	8.
P. Dolmany	5	P. Heyselmejer	3.
P. Uppold	12.	P. Vanoffi	6.
P. Kriegar	13.	P. Hizgak	1.
P. Lidtker	7.	P. Burcerch	3.
		P. Bronsvalski	1.
		P. Sotton	1.
		P. Duni	1

Duo suff. albi, ignota hoch... cum ... | 84.

Ex benignitate R.di Patris nostri indultum est mihi, ut
antequam legitur praeced. sessionis acta, ea diluam, quae
in praecedentis alterum [illegible], mihi fuere opposita.
Quoniam in R.mae nec in actis scribenda esse videantur, nec
tamen omittenda tum ad fidelitatem meam vindicandam,
cui cum necessaria est [illegible] mihi imposito, cedere non
possum: tum decet [illegible] omnium Patrum satisfactio-
nem, et si non ea, qua deberem perspicuitate, ac [illegible]
maxima possum, diligentia.

Tria itaque opposita mihi fuere, quae videbantur mi-
nus fideliter descripta: 1. quod sententia Patrum De-
putatorum pro postulato Provinciae Poloniae non loqua-
tur de voce passiva, cum asseruit, de infamiae perseve-
rantia judicare debere similem cum religiosis judicanti-
bus de impedimentis ad congregationem: fidelitatem secre-
tarii probant verba ipsa [illegible] judicii Deputationis. Ver-
ba autem sunt haec, fideliter transcripta ex originali chy-
rographo subscripto a Secretario ejusdem Deputationis:
Quorum etiam erit judicare, an qui laborat hac infa-
mia, pro infamiae permanentis modulo, voce passiva tan-
tum; an activa simul et passiva privari debeat.

2.o oppositum fuit, numerum eorum, qui Deputatorum
sententiae subscripserunt, aut non fuisse majorem altero,
aut saltem non fuisse medietate majorem, ut aliqui [illegible]
debant in hac re opus esse oportere: quoniam, [illegible],
multi, qui Deputatis adhaeserunt, expresse [illegible] par-
ticulam illam vocis passivae.

Sed haec oppositio manifestam reddit vanitatem primae
oppositionis: si enim ipsi dum adhaererunt Deputatis expres-
se exceperunt particulam vocis passivae; ergo Deputatorum
sententia de voce passiva locuta est.

[library stamp] 1[illegible]

Caeterum responsum fuit, omnes istos, qui cum hac exceptione adhaeserunt, fuisse descriptos ~~[illegible]~~ eorum numero, qui a Deputatorum ~~sententia~~ discedebant. Sunt autem omnes triginta sex: ergo reliqui adhaerentes et plures his fuere, et mediante plures. Quod verbis ipsis Patris Nostri ostendit Secretarius, quibus rem totam decisam esse ostendit his plane verbis: Igitur Major Congregationis pars censuit, conficiendum Decretum juxta tenorem a Deputatis praescriptum.

3.° tandem opponebatur, Congregationem 16. abstinuisse ab hac voce professos. Sed plane constat legenti sessionem 12. Congr. 16. descriptam in actis, a Secretario subscriptis, et Societatis sigillo munitis: In postulatum Prov.ae Toletanae locutum fuisse expressis verbis de utraque voce. 1.° Sententiam Deputatorum tamquam certam, ac stabilitam supponere, necessario [illegible] ingressu hujusmodi homines eligendos non esse a Congregatione, et in carcerandos non esse describendos numero eorum, qui eligi possint a Congregationibus Provinciarum liberis, et pro terminis illud, quod sentiunt nostri Deputati sub nomine socii professi, contractâ ea voce ad praesentem materiam. Et ex hoc arguebant Deputati illi, eos neque esse vocandos ad Congregationem.

Haec quo ad Sententiam Deputatorum. Ut autem Congregationis Sententia qualis sit videatur, praestat verba actorum referre — Sunt autem haec = Adprobavit unanimi Consensu Sententiam Deputatorum Congregatio.

Constat igitur, fideliter fuisse descripta acta Congregationis 17.ae, quod mihi erat demonstrandum —

[illegible]

5. Septembris.

Recognitis, et probatis prioris sessionis actis, auditi sunt Patres, qui circa propositum, ac in posteriore sessione [illegible] latum, suffragium suum non tulerant. Fuerunt quidem in toto coetu qui putarunt, non satis clare statutum quod in compensationem Ministeriorum quod accipere sit peccatum in Paupertatis [illegible], alii, quod clare quidem deducatur ex declaratione [illegible]; sed cum [illegible] Nostri, [illegible] doctrinam [illegible], qui de ea re adhuc dubitent, [illegible] esse censebant novam aliquam declarationem, tam dilucidam, ut nullum relinqueret dubitationi locum. Alii decisum a Congregatione expectabant non licere, quod accipere [illegible] in compensationem, sed ne [illegible] praetextu occasione Ministeriorum; et declarari in super quod quandonam dicatur quis quod accipere in compensationem, aut tanquam munus, praetextu, aut occasione Ministeriorum. Longe tamen major pars censuit, [illegible] Nostri, qui [illegible] compensationem, [illegible] clarum esse ex [illegible] Congregationis 12. decr. 39. quod peccet in Paupertatis votum, qui in compensationem quod accipit, ut non sit opus nova declaratione.

Tum cum nullum aliud esset [illegible], [illegible] R. P. [illegible] fuerant [illegible] R. P. [illegible] Vexaltatis [illegible]

407

Vocalis esset, qui aliquod postulatum vellet Congregationi proponere, ut hæc judicaret, an de eo esset agendum? Nullus autem fuit in Coetu, qui ullum proponeret.

Deinde petitum est num censerent Patres dispensandum a lectione omnium actorum, cum singulæ sessiones lectæ jam, et probatæ fuissent? Et oẽs dispensandum censuerunt.

Tert. Cum ex formulæ deberent in Coram universo Coetu legi omnia decreta, atque ad ea oia extrahenda ex actis, atque in Congregatione iterum examinanda non citra magni temporis jacturam, differenda esset Congregationis absolutio cum non modica incommodo, ... in suas Provincias sunt redituri in iis regionibus tam dissitis positas, ut iter confici ab iis deberet glacie, ac nivibus obsessum, et copiosis imbribus impervium; petitum est an Patres exemplo multarum generalium Congregationum censerent, ... extrahendis et perpoliendis decretis, atque typis edendis Revdo. P. N.o cum Assistentibus.

Congr. 16. Sect. 33. e. 36.
Congr. 14. d. 28.
Congr. 11. d. 36.

Censuerunt Nei ... sub conditione tamen, quod Decreta conficerentur a ... et ab Assistentibus a R. P. N. ... loco ... Assistentis Lusitaniæ alius ... deligeretur; ceteri tamen omnes absolute citra omnem conditionem dispensandum censuerunt pro ut a R. P. No. propositum fuerat.

Institit ... unus eorum tunc, ut salus ad omnem dubietatem avertendam statueretur quis sufficiendus esset loco Assistentis ... voto in hac materia decisivo. ... responsum fuit ... Congregationem in dispensatione absolute facta, non admisisse eam conditionem, quod

[illegible] p libere sit

opus non esse aliud, cum Congregationi [illegible] totum suum jus [illegible] hac super re illis [illegible] transferre [illegible] R.do P. Nro, [illegible] quinque assistentes; ac in eundem, et ipsius assistentes, si [illegible] sint, ut actu sunt [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] is, qui [illegible] [illegible], et [illegible] Patrum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] partim silentio annuerunt.

[illegible] Deinde cum omnia, quae formulae praescripta sunt, absoluta esse viderentur; petitum est an Patribus placeret hac sessione finem Congregationi imponere. Cumque [illegible] omnes, placere [illegible] [illegible] dixissent: [illegible] R. P. N. [illegible] ornatam [illegible] orationem [illegible] dulcis non [illegible] [illegible], sed paternam [illegible] charitatem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] habuit. [illegible] jam divino [illegible] [illegible] [illegible] omnibus [illegible] [illegible] in qua [illegible] [illegible] soluto Congregationis vinculo [illegible] liber jam [illegible] quisque [illegible] [illegible] ut [illegible] [illegible] [illegible], a quo diu abesse coactus fuerat, sese [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] omnibus: [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Fuerunt [illegible] [illegible] atque optatissimi sibi, ac Patribus [illegible] [illegible]: Patribus quidem, quod soluti jam essent [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] fuerant, incommodis, [illegible], [illegible], [illegible] calidoribus [illegible] [illegible] caelo, [illegible] aeris temperie, [illegible] [illegible] [illegible] diversa ciborum, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fuerit [illegible] [illegible] nec sine [illegible] [illegible] dolore futurum consideraret [illegible] [illegible] divelleret; maluerit nihilominus

atque omnibus movendis Patrum affectibus accommodata; eos ita est allocutus

[illegible] [illegible]

atque [illegible] caloribus [illegible] diversis ciborum, [illegible] [illegible]

[illegible]

168

ea consolatione privari; [illegible] corum ibi

diutius [illegible] prolongare [illegible] esse, quod [illegible]

nem interveniret, [illegible] in vestra [illegible] quod

in [illegible] [illegible] [illegible] quod

[illegible] [illegible] sapportavit

piter [illegible] propria [illegible] structurus esset [illegible]

[illegible] At ex ipsa timori cum [illegible] Patri depellendo timori [illegible]

vix ab amore [illegible] non sit Patres, ut [illegible]

quamprimum ad suas [illegible] reverterentur, quibus suis [illegible]

monerent de felici, quem optabat, reditu, propter incessanter

Deus orationes sollicitus est, atque ob eum finem Divino Numini

oblaturum quinque [illegible] [illegible]

[illegible] ofpesus libito [illegible] applicando [illegible] [illegible]

offerri solent. [illegible] [illegible] ut

[illegible] ad fovendam [illegible] omnibus [illegible]

[illegible] quae [illegible] fuerant. Optimas [illegible]

[illegible] optimas Congregationis decretis, at nisi manus

operi admoveatur, nihil omnino profutura. [illegible]

[illegible] [illegible] Societatis [illegible]

meis impar, [illegible] [illegible]

[illegible], ut quantum in [illegible] quo [illegible]

[illegible] [illegible] magis factos [illegible]

in [illegible] [illegible]

Quare [illegible] in societatem

amovere [illegible] [illegible]

[illegible] Interim illos invitavit ad reddendas Deo pro tot

beneficiis gratias, atque ad finem Comitiis generalibus [illegible]

[illegible] [illegible] hymni [illegible] [illegible].

[illegible] hymnus [illegible] alternis vicibus, [illegible]

mos est, [illegible] [illegible], et S. [illegible]

Chri Crucifixi imaginem, [illegible] die 5. Septembris 1751 [illegible]

coeperat [illegible] die [illegible] Junii.

In hoc [illegible] [illegible] manu propria

subscripsi, et [illegible] Societatis muniri.

[illegible] [illegible] Secretarius Congregationis

Marginal note (left margin):

F

Cum prolatum

plures [illegible] dece-

xa jam obtineret

atque viribus

capitulis, [illegible]

[illegible] periculo [illegible],

[illegible]

invitus timore

[illegible] Quare

[illegible]

De Studiis Instaurandis

§1 Dubitare nefas est, ut ex mox dicendis constabit, quin magnum Societ. in studiis detrimentum passa sit; saltem in Nra Romana Provincia, atq aliis nonnullis, ita se rem habere compertum habeo, cum de omnibus affirmare non ausim. Itaque ubi primum de Prov.lis Congregatis cogendis cœptum est agi, multo autem magis postquam ghis coacta est frequentes audivi certorum hominum querelas, qui huic incomodo, quod esse aiunt gravissimum, remedium afferri cuperent. quorum fermè omnis oratio huc demum recidebat, ut omnem docendi, et discendi rationem reformandam esse dicerent, nec dubito quin eâ de re Libellos ad Congregationem transmiserint.

II Mihi vero, quandoquidem Pr.V.a cupit ex me audire quid sentiam, videbantur interdum eiusmodi homines pueris similes, qui si quâ ægritudine corripiantur, morbi quidem vim sentiunt, ac doloris significationes edunt minimè ambiguas, at si Parentes ex iis percontentur quâ nam in corporis parte, vis morbi resideat, aut quam causam habuerit, vel non nisi fletu respondent, aut aliam a verâ molestiæ causam plerumq indicant. Sic enim illi, de iacentibus apud nos Litteris conquerebantur, ut quam rem deplorarent non posset intelligi, nisi ubi forte ad Philosophiam ventum esset, de quâ ipsa tamen non satis certa

Detrimenta, quae in scientiarum doctrina passi sumus non sunt in una Philosophia spectanda, cum re ipsa ad omnes facultates pertineant.

et constans mihi videbatur eorum oratio. Caeteras vero, aut nullas commemorabant aut non eas, quas veras esse puto. Ego autem censeo latius patere hoc malum quam ut intra Philosophiae Limites contineatur, et omne hoc detrimentum, quod in Litteris passi sumus non ex eo repetendum esse, quod Studiorum Ratio a majoribus nostris ad nos transmissa manca sit, atque imperfecta, sed quod talem nos illam efficimus dum vix minimam partem eorum quae praescripta sunt in usum adducimus: partim ex eo, quod cuique impune licet docendi methodum quamcumque sibi proposuerit inire, partim ex eo, quod hominibus Nostris cum ad studendum, tum ad docendum ea desint incitamenta, ac praesidia, quae ubi defuerint omnis laboris contentionem remitti, ac languescere necesse est. Quare si plurimum in hac Re Gltis [?] longeque Societati prodesse cupit, ut certe cupit, nihil mihi opportunius facturum esse videtur, quam si curet ut Studiorum ratio a Majoribus nostris tradita observetur ea praescribendo, quae et diligentiam acuant, et Legum contemptui obviam eant.

Detrimentorum causa, vel unica, vel maxima in eo sita est, quod leges a majoribus nris traditas in usum non adducimus.

III. Nam quod de Elencho quaestionum tradendarum dictitari audio, non est cur eo de Re tantopere laboremus; nam et difficile est quidquam constituere, quod universe praecipi possit, et si doctos Professores Societas habeat nihil oberit

Elenchi, hujus defectus, ut nihil pro-
derit si non habeat. Sed quoniam
ea res ad Philosophiam praecipue per-
tinet, dicam iterum eo loci, jam enim ex-
ponam quid in singularum facultatum
Studio peccetur, quibusque rationibus
detrimentis obviam iri possit, quae in
his Societas passa esse videtur.

IV. De Sacra Scriptura

Hinc exordium capit Nostra Stu-
diorum Ratio, et iuvat exscribere, quae
in hanc rem dicunt Sex Deputati a-
pud Patris Claudij jussu primum con-
scripta est, Sunt enim his temporibus
maxime accomodata = Omnis Sa- "
" nae contentioni, conandum videtur ut "
" divinarum Scripturarum Studium, quod "
" apud nostros parum viget, excitetur, atque "
" efflorescat: Ad id enim nos hortantur "
" exempla Sanctorum Patrum, qui sem- "
" per utilius, atque honestius esse puta- "
" runt in Scripturis, quam in tot quaestio- "
" nes incumbere: et Deum audire lo- "
" quentem per Prophetas, et Apostolos, "
" quam in nostris cogitationibus, ac spe- "
" culationibus consenescere. Magnum "
" sane praesidium Ecclesiae positum "
" videtur in Scholasticis disputationibus, "
" sed longe majus in vero, ac germano "
" Scripturarum sensu pervestigando: "
" ex iis enim desumendae sunt veritates, "
" in quibus explicandis Scholastici "
" versantur; ut Commentarios sequi vi- "
" deantur relicto textu, qui se totos Scho- "
" lasticae Theologiae tradunt posthabita "
" soliditate Scripturarum. Hoc est "

Quanti fecerint majores nostri sacras Litterarum studium patet ex n.° IV.

quasi mutilos, et mancos formare Theo "
logos; qua in re nostra Societas non "
audit optime, cum certatim ad Schola- "
sticam concurratur Scripturae vero mo "
dicus sit honor, exercitatio nulla.. " = "
Haec ille, quae in nostra tempora, ita ca-
dunt ut de nobis Loquuti esse videantur:
hoc mihi videor vere posse adfirmare
vix in Nra Prov.^a decem homines in-
veniri, qui Sacros Libros intelligant.
Hoc autem non ex eo provenit, quod huic
Facultati a Majoribus Nostris non satis
consultum sit, sed quod minime faci-
mus, quae a nostris Legibus praescripta
sunt.

iacet hoc studium quod minime fiant
quae in hanc rem sancita sunt.

V. Iubetur in Regula 1.^a Sacrae Scrip-
turae Professor divas Litteras iuxta
Germanum Litteralemq Sensum, qui rec-
tam in Deum Fidem, bonorumq morum
instituta confirmet, pie, docte, graviter
explicare: ut intelligat scilicet sui
muneris esse, Scripturam interpretari
quatenus ad Fidei Nostrae misteria
bonosq mores informandos refertur.
Itaque, quae ab hoc fine aliena sunt
expressius resecans Regula 4.^a Pro-
fessorem vetat in perscrutandis Terrae
Sanctae Locis aut in huiusmodi aliis
earum utilibus rebus (inutiles vocat
quatenus ad propositum finem non perti-
nent) multum temporis ponere. Amo-
vet etiam morales, et allegoricos Sensus,
nisi aliquid habeant singulare, et
ex ipso Litterali Sensu nasci videantur.
Quare, Superfluis amputatis commode
fieri posset ut singulis Annis integer

Cogendus S. Scripturae Professor unum
quotannis Sacrum Librum explicare,
ex Regularum suarum praescripto,
amputatis inutilibus quaestionibus,
quae nihil faciunt ad Fidem, aut
bonos mores.

Liber explicaretur quemadmodum Reg.^a 17.^a praescribit.

VI Incredibile est quantum ab his Legibus in Rom.^o Colleg.^o recessimus. Plures sunt anni ex quo nullus ea ratione Liber explicatus est. Aliquot annis traditae sunt Scholastico more (quod vetat reg.^a 13.^a) quaestiones in utrumq. Testamentum, sed plerumque traditi sunt Tractatus curiosi, et inutiles, qui nullo pacto ad finem pertinent, quem nobis majores nri propositum esse voluerunt. Poetica Sacrae Scripturae: Physica Sac. Scripturae: Mathematica S. Scripturae: Mystica S. Scripturae: et his similia argumenta, quae typis vulgata R.^a V.^a Legere poterit cum libuerit: Jacent enim otiosa apud nos huius operis exemplaria, quae ne minimo quidem praetio distrahi potuerunt.

VII Rursus jubet reg.^a 19.^a praeter domesticas semel in hebdomada repetitiones, Lectiones etiam in Refectorio interdum haberi, ut iusserit Rector. Iam vero repetitionem quidem nusquam haberi vidi, ex quo in Rom.^o Colleg.^o versatus sum: Lectiones vero ipsas in Refectorio non est unde dignoscere, proinde ussiam fuisse usurpatas

Domesticae repetitiones in usum revocandae.

VIII Itaque his incomodis ut obviam eat G.lis Cong.^tio nihil melius facere potest, quam si novo decreto veteres Leges, quae iam videntur desuetudine obsolevisse, iterum in usum adducat.

[stamp]

IX. Ac quod quidem pertinet ad repetitiones, ita omnino instituendae videntur, ut singuli Scholastici ex ordine eam Sac. Scripturae partem explicent, quae a postrema repetitione, a Profess. fuerit explicata; nam si concertationes haberi debeant, ut in Scholasticae Theologiae Repetitionibus fit, necesse erit Quaestiones Sacrarum Scripturarum proprias Scholastico more tractari a Praeceptoribus quod Reg. 13.ª vetat. Quamvis non erit inutile, si post explicationem absolutam aliqua ei difficultas objiciatur non aliunde tamen, quam ex variis sive Sacrae Scripturae locis, sive idiotismis linguarum, sive Patrum interpretationibus, ut fieri jubet Reg. 20.ª in explicationibus, quas loco ordinariae lectionis interdum haberi jubet a Discipulis.

Quomodo hae habendae sint n.° IX exponitur.

X. Quod vero ad Lectiones attinet in Refectorio habendas, harum ita obsoleta est non solum consuetudo sed etiam memoria, ut nonnisi novo decreto instaurari posse videantur, quod eius rei arbitrium Rectori in posterum non relinquat. Qui primi rationem Studiorum conscripserunt singulas singulis mensibus haberi voluerunt, satius videretur, si duae haberentur. Hoc certum est quod eiusmodi lectiones multum conferrent ad Scholasticorum diligentiam acuendam, qui partim suo, partim aliorum labore ita proficient, ut absoluto Theologiae curriculo magnam Sacrorum Librorum partem intelligant, adiectis his, quae in Schola, et Repetitionibus audient.

Utile erit in primis Lectiones in Tryclinio Scholasticis nostris haberi, ut jubet Studiorum ratio; ac statuendum esset, ut bis in mense haberentur.

XI. Porro harum Lectionum argumenta vel a Studiorum Praefecto vel a Professore proponenda essent, qui Loca quaedam obscuriora seligerent ex his maxime, in quibus ad Fidei dogmata confirmanda magnum inest ponderis, quaeque ad alienum sensum Haeretici conantur adducere, vel ea quibus ij abutuntur ad Catholicam fidem impugnandam.

Loca, de quibus disserant, quomodo seligenda sint indicat n. XI.

XII. Ferme oblitus eram explicationem habendam in Schola ab aliquo ex Discipulis Loco Lectionis ordinariae, quae in Regula 10.a praescribitur. Certe haec quoque suas habet utilitates, quamvis, si omittatur, non tantum afferat detrimenti, quantum earum Veterum neglectus, quas hactenus exposui. Sed adeo crevit Scholasticarum exercitationum numerus, ut vix patem obtineri posse. In menstruis Theologorum disputationibus praeter duos Theologos Scholasticos additur horis Vespertinis, qui Controversias defendat. Optimum factu videretur, si mane quoque tertius accederet, qui Scripturam interpretaretur, et objecta dilueret ea ratione, quae in hac Regula praecipitur. Nihil hoc Scholasticis officeret, quibus cum duo tantum proponantur argumenta singula singulis, tempus abundat plusquam vellent. Huc accedit quod cum duae tantum horae his disputationibus dentur posset semihora adjici, ut idem tempus Theologicae disputationes obtinerent, quod Philosophicae.

In menstruis Theologorum disputationibus Locus dandus esset explicationi S. Scripturae. Cur, aut quomodo fieri debeat ex n: XII cognoscitur

De Studiis Linguarum

XIII Cum hoc Studium maxime sit cum Sacrae Scripturae studio coniunctum, tantum curandum est, ut peritos Linguarum Homines Societas habeat, quantum cupimus optimos Scripturae Interpretes habere. Ita profecto censebant e Majores Nri, qui propterea in reg.ª 7.ª Provlis optant, ut Hebraicae Linguae Professor peritus sit non solum graecae, sed etiam Chaldaicae et Siriacae. Item iubetur Rector Reg.ª 7.ª officere, ut hebraeae, graeceq. Linguae Academiae instituantur inter nostros, in quibus sic exerceantur, ut inde prodire possint, qui harum Linguarum scientiam et dignitatem privatim ac publice tueantur. Certe sine hoc Linguarum praesidio non poterit Scripturae Interpres versiones Chaldaicam, Syriacam, Theodotionis Aquilae, et Simmachi, et Septuaginta Interpretum consulere, ut illum jubet sua reg.ª 5.ª Sed non illi soli necessaria est Linguarum cognitio, cum planum sit necessariam eandem esse Controversiarum Professori, reliquis vero Theologicarum Facultatum Professoribus partim necessariam, partim perutilem. Ac Graece quidem Linguae usus latius patet hebraicae, ac Siriacae non item.

Quanti intersit homines habere Linguarum Graecae, Hebraicae et Syriacae peritos patet ex n.º XIII.

XIV. Hominem, qui in his excelleat Provincia Nra non habet, et numquam habebit nisi vel de Seculo veniat his Linguis instructus, vel ratio ineatur, qua ad hanc Eruditionem delecti aliquot homines informentur. Ut nihil de Graecis dicam, quorum usus Romae saepius etiam occurrit, cum

Magna est horum hominum penuria.

BIBLIOTECA

identidem occurrat ad examen vocari in Sacra Rituum Congregatione Ecclesiasticos Graecorum Libros. extremis his temporibus cum de ordinanda Bibliotheca Sacra ageretur nemo erat, qui Hebraicos Rabbinorum Libros intelligeret, namque Sius Professoris huius Linguae doctrina ita Arctis Liminibus continetur, ut ubi a Scriptura discessum fuerit, in qua et punctorum praesidio, et vulgatae adiumento omnia sunt facilima, in reliquis haereat: quare homo Hebraeus advocandus fuit, ex cuius Interpretatione Libri illi ordinarentur

XV. Cuius rei causa est, quod nulli peculiari ratione his Studiis addicuntur Scholastici N.ri Graecis Litteris imbuuntur cum Rhetoricae dant operam, et in iisdem nonnihil exercentur in Rom.o Coll.o cum Philosophiam audiunt; sed ea cultura Levis est admodum qualem scilicet esse decet, quae ad omnes pertineat, cum in his multi inveniantur, quibus Studium in hoc genere impensius, et perniciosum in praesens, et inutile in posterum futurum esset. Similiter Linguae hebraicae Studio primus Theologiae annus assignatur, verum et Aetas, et Superiorum Laborum defatigatio, et ipsa Theologici Studij contentio Super haec autem molestissimum Praefecturae in Rom.o Seminario munus, maximo sunt impedimento ne quis ad Studium illud alias molestum, et tricis obsitum animum adjiciat, quantum res postulat. Est enim illud verissimum, Aetati jam adultae nihil dirius

In causa est, quod nulli peculiaris rationis studia Linguarum addicuntur.

contingere, quam si repuerascere compellat. Nihil haec eatenus a me dicta sunt, quod in hac parte quidquam immutari oporteat, cum potius omnia haec omnino retinenda esse censeam, sed ut intelligatur in communi hoc studiorum ordine fieri quidem posse ut aliquem Linguarum cognitione leviter imbutum Provincia habeat (quamvis vix duos, vel tres habeat) ut autem hominem vere doctum, et perfectum habeat in hoc genere, fieri omnino non posse.

XVI. Curandum est igitur, ut aliqui peculiari ratione huic studio addicantur quemadmodum in 8.a reg.a Provlis ex Constitutionibus nostris praecipitur. Cuius rei oportunitatem habet Provincia nra vel maximam. Collegium Graecorum Romae habemus. Cuius Collegij Alumni quandiu Scholas inferiores frequentant, Pomeridianis horis in Graecis Litteris domi exercentur ob eamque rem ad publicas Rom: Coll.i Scholas non veniunt. Horum Praeceptor ex antiquioribus Alumnis unus a Rectore designatur, et quamvis in Pontificijs Collegijs nihil in eiusmodi rebus mutare liceat sine Cardinalis Protectoris, aut Summi Pontificis decreto, tamen si vellet P. Generalis facillime posset obtinere, ut Graecae Linguae Praeceptor ex Nris adjiceretur. Nam et Collegium illud tam pingues habet reditus ut sine ullo detrimenti periculo Praeceptorem hunc sustentare valeat, et eius rei rationes afferri possunt gravissimae attenta etiam ipsius Collegij utilitate.

Quam facile id obtineri posit in Prov.e nra num. XVI. et seqq. exponitur.

XVII. Jam vero quorsum haec a-
me dicantur nemo non videt. Scholastici
Nri, ut dicebam in grecis Litteris infor-
mantur cum Rhetoricae student, eodemq.
in studio pergunt exercitii dum Philosophiae
dant operam. Omnes ex aequo iis Litteris
addici esset omnino incongruum, et maxi-
me noxium. Itaque Rhetoricae Praeceptor
probe animadvertere, curet quos nam disci-
pulos habeat ad eam rem maxime idoneos,
qui quidem ingenio praeterea valeant ad
majores facultates addiscendas. (quid enim
facias homine linguis instructo qui iis-
dem uti non valeat ad eas res profitendas,
quarum Linguae praesidia sunt?)
hos inquam magis quam ceteros curet
excolere. Postea vero quam ad Collegium
venerint, et Philosophiam audire coeperint
facilius jam dignosci poterit quinam ex
his majori cum fructu Linguarum studio
sese addici. Hunc Provincialis mature
admonitum, ne Grecae Linguae exer-
citium praetermittat, posset absoluto Phi-
losophiae curriculo Grecorum Collegio assi-
gnare, ut ibi Grecas Litteras doceret duos
annos, eximendus propterea a Gramma-
tica vel humanioribus Litteris in commu-
nibus scholis tradendis, si tamen diligentiae
suae, ac profectus non leve specimen
dederit.

XVIII. Nemo esset ex Scholasticis Nris
qui non maxime cuperet huic muneri
addici, nam et ea Schola minus esset
laboriosa quam ceterae, et commodam
haberet commorationem, et honorificam.
Itaque si viderint Superiores in hoc tra-

dendo munere non solum ad Grecas litteras
sed etiam ad profectum in Philosophia ha-
bitum attendere, maximum haberent in
citamentum, ut his studijs totos se traderent.
Itaque nisi Provincialem optnio indelectu
habendo fefellerit (qui tamen error facile
corrigi posset removendo eum, qui minus
proficiat, et alium meliorem substituendo)
duobus annis hominem haberet, qui in hoc
studio unice versatus grecam Linguam
probe calleret.

XIX. Duobus annis absolutis posset hunc Provincialis in Rom. revocare Coll. ut easdem ibi grecas litteras doceret, sed potissimum ut hebraicas addisceret. Nam docendi munus, uti nunc usurpatur, semihoram duntaxat occupat in scholis, quare Professori hebraicae linguae in disciplinam traditus mirificos in ea progressus posset efficere. Nec verendum esset ne munus discendi suum perfunctorie obiret si probe sciret remittendum esse ad grammaticam docendam nisi suam praeceptori diligentiam probaverit. Postquam vero duobus annis in hoc studio versatus sit posset vel ad Theologiam transferri, vel annum, qui ei superest de solito scholarum curriculo, in humanioribus litteris de more tradendis consumere.

XX. Denique si peracto Theologicae curriculo horum aliquis interdum in Maronitarum Collegio studijs aliquandiu praeficeretur, posset Grecae, et hebraicae Linguae Chaldaicam, et Syriacam illi affinis adijcere, eaque ratione haberet Rom. Coll. hebraicae Linguae, et Scripturae Professores omnibus numeris absolutos, quales nostra studiorum ratio requirit.

BIBLIOTECA CIVICA

XXI. Nemo non videt rationem propositam plurimum ad id conducere ut omni tempore aliquos habeat Provincia nostra in peregrinis Litteris apprime eruditos, quod maximo esset Societati ornamento. Nam ut in ceteris facultatibus ita praesertim in studio Linguarum principia sunt, quae molestiam habeant aliquam, et difficultatem. Ubi haec praetergressi fuerimus reliqua plana sunt, et magna cum facilitate, tum voluptate perficiuntur. Sed vereor ne hinc statim opponere aliquis incipiat hominum paucitatem, qua fit ut nequeat Provincialis duos hoc pacto a communi Scholarum munere exemptos semper habere. Sed R.am V.am oro ne sinat hac se obiectione deterreri, infra enim ostendam quam multi momenti esse debeat.

XXII. De Scholastica Theologia

Nihil in hac parte mihi dicendum occurrit nisi quod cuperem multa ex his, quae a majoribus nostris in prima Studiorum Ratione praescripta sunt in consuetudinem revocari, atque ea praesertim, quae temporis jacturae, et supervacaneis laboribus obviam eant. Non dubito quin R.a V.a Librum prae manibus habeat, quare non est cur quidquam ulterius adjiciam.

XXIII De Morali Theologia

In hac quoque facultate nullam a quibusdam rationem haberi video Regularum, quae in Studiorum Ratione descriptae sunt. Cum enim quadriennio universam hanc doctrinam tradere debeant

BIBLIOTECA CIVICA UDINE

ut periti Parochos, seu Sacramentorum administrationi informent; dum singula scholastico more, et apparatu, (quod eg.° 4.° stude-bit) ad vivum resecare volunt, fit ut Moralis Theologiae summam non tradant, ut par est. Audivi alicubi iustas discentium querelas, qui magistrum suum plusquam biennium in solis censuris impendisse commemorabant.

X.XIV Praecipue monendi esse videntur ut magno delectu in opinionibus seligendis utantur; nam earum causa non leves infamiae notas Societas nostra in Italia passa est ut omnes norunt

De Theologia Positiva

XXV. Theologiam dogmaticam SS. Patrum, et Conciliorum peritiam; nec non Fidei controversias sub hoc titulo comprehendo. In his totum Theologiae fructum consistere si dicam, nemo, opinor, falsi me arguet, nam ipsa Scholastica Theologia nemo ambigit quin ad haec tamquam instrumentum ad opus ordinetur. Haec studiorum pars, quae prima esse debuit adeo in nostra Provincia jacet, ut Theologum in his mediocriter versatum vix unum, aut alterum habeamus. Pudet dicere quoties Concionatores nostros audiverim propositiones afferre haereticis affines (ut leniter dicam) quod fidei nostrae dogmata ignorent: immo (quod turpius est) cum aliquid eiusmodi Scholasticis nostris excidere animadverterim in concionibus, quae habentur in Refectorio, nec ab eo adnotatum fuit cui debebat ex more concionem ostendere.

rara est apud nos Dogmatum Fidei cognitio, quae sit Theologo digna. Causae exponuntur a n. XXVI. usq. ad XXXII

antequam fecerint, nec nisi perpaucos audientium offendit.

XXVI. Prima eius rei culpa in nonnullis Theologiae Scholasticae Professoribus residet, nam cum universam Theologiam methodo nunc usitata quadriennio complecti sit impossibile, si quaestiones seligerent intra facultatis suae limites, quae sunt cum fide maxime coniunctae (quas certe tractant post S. Thomam optimae notae Theologi Suarez, Vasquez, Valentia, Lessius) iisdemque ut illi faciunt, oportunis locis, quae ab Ecclesia sancita sunt saltem indicarent non tanta esset dogmatum ignorantia.

XXVII. Peccant interdum etiam in hac parte Polemicae Praeceptores dum vel quaestiones tractant inter Catholicos controversas, quod est ab ipsorum professione prorsus alienum, vel fusius quam par est quaestiones suas pertractant; quo fit ut quadriennio vix unam, aut alteram facultatis suae partem absolvant, cum fidei totius summam Becani exemplo ab illis tradi par esset.

XXVIII. Haec si non ita essent nemo Theologiae cursum absolveret, qui non in his doctrinis saltem esset mediocriter imbutus.

XXIX. Verum non satis ista sunt ut quivis intelliget, ad optimum in his facultatibus Theologum habendum, sed nec omnes optimos evadere Theologos, quique id Generali Concilium hitti possint, necesse est.

XXX. Ad eam rem maxime majores

BIBLIOTECA

nostri Repetitionem Theologicam per bien
nium instituerunt, ac propterea repetendo monent
in sua Regula II.ª Ut intelligant biennio
hoc maximum sibi esse, ut non solum in
Theologia docti ac prompti, sed in omni etiam
Ecclesiasticae eruditioni, quae Theologum
maxime decet evadant. Et in sequenti Reg.ª
praecipitur ut singulis diebus certum tempus
habeant ad accuratam sacrae Scripturae
Conciliorum controversiarum, et Canonum lectio
nem . . . . . et ex hoc studio aliquid inter
dum praelegant, vel in Triclinio, vel alibi ut
Superiori videbitur.

XXXI. Vix scio quamobrem huic
repetitioni ex multo jam tempore in Rom.º
Coll.º nullus sit locus, nisi forte hoc ideo
praetermissum est, quod vel ex ea repetitione
non magnus fructus existere visus sit, vel quod
ob hominum paucitatem praest. visum sit
Provincialibus Nris singulis annis uni, aut
alteri tantum otii ad haec studia conce
dere. Utraque causa nemini, opinor, pro
bari poterit, quare magnam studiis Nris
utilitatem Glis Cong.º afferet, si ejusmodi
repetitionis in usum revocari omnino de
cernat. Nam quod ad profectum attinet
si ubi is expectationi minime respondet,
media neganda sunt, quibus proficere liceat,
verendum erit ne labentibus annis pro
bationis quoque tempus minuatur.
Paucitati vero hominum nulla re perni
ciosius consulitur quam iis remediis, quae
bonitati officiant, siquidem nullos esse
praestat, quam non bonos. Sed ut vere
dicam quod sentio ista paucitas si Superiores
velint nihil oberit ut intra attendam.

Biennium ad Theologiam repetendam ob eam maxime causam curandum est omnino, ut concedatur interdum iis, quibus par est. # XXXI.

7

XXXII. Unum hic adjiciam antequam ulterius progrediar, quod non uni, aut alteri, ut Theologiae Repetitio, Scholaribus in Comuni plurimum adjumenti afferret ad Sacram, de qua Loquor, eruditionem comparandam.

XXXIII. Dixi superius de Sacrae Scripturae Lectionibus in Refectorio habendis dico nunc, quod si idem fieret in Conciliis SS. PPbus, et Ecclesiasticae hystoria plurimum adjumenti ad harum Rerum cognitionem afferret. Esset id Legibus nostris maxime consentaneum, quae id praecipiunt Theologiam Repetentibus in ipsorum reg. 10.a ut bidimus. Fieri autem commode posset ab omnibus hoc pacto.

Qua ratione foveri possit inter Theologos Nros Sacrae Eruditionis studium, quod tanti fecerunt Majores nri indicatur n.° XXXIII et seqq.

XXXIV. Theologi nri Conciones in Refectorio item ut Philosophi, habent ab hoc onere sine ullo incomodo eximi possent, nam in concionibus habendis satis exercitii iam habuerunt cum Grammaticam docerent, quo tempore publice interdum ad populum verba facere consueverunt. Ubi ab hoc onere exempti fuerint singuli dies Dominici singulis possent assignari, qbus inter prandendum de quibusdam Controversiis disserent aut ad Scripturam, aut ad Concilia aut ad hystoriam Ecclesiasticam pertinentibus; ita quidem ut bis, vel semel in mense de Scriptura dissertatio esset, ut supra diximus, reliquis vero diebus, de reliquis, quae hic commemoravi argum.tis prout Studiorum Praefecto visum fuerit.

XXXV. Anni initio quaestionum tractandarum index proponendus esset, ut

singuli singulas seligerent data prius optione, Anni quarti Theologis pro cuiusque tempore ab ingressu in Societatem, tum deinceps Vi-sitatis eodem ordine. Quaestiones maxime seligendae sunt quae majorem habent cum Theologia, ac Fidei controversijs connexionem. Sic, ut ex Historia Ecclesiastica exemplum ponam, quo Anno Xtus Dnus natus sit, parum, aut nihil ad dogmata Fidei conducit, plurimum autem refert dignoscere, num Ariminensis Synodus legitima fuerit, aut Generalis; num Arrianis consenserit; num haereticam formulam subscripserit. Similiter plurimum refert S. Ignatii epistolas contra Protestantium plurimos aperire, nam ex his praecipue defenditur Ecclesiastica Hyerarchia, et ordo Episcopatus jure divino caeteris ordinibus superior esse ostenditur contra illos, qui primis Ecclesiae temporibus nullam fuisse contendunt inter Episcopos, et Praesbiteros ordinis diversitatem; sed ne longior sim curavi ut Re.a V.a indicem haberet quaestionum, quae in Pontificia Conciliorum Academia disceptandae proponuntur, nam ex his conjecturam facere poterit de reliquis.

XXXVI. Non est cur diutius immorer in utilitate commemoranda, quam hujusmodi dissertationum usus afferret, dum singuli, et suo, et alieno labore multa addiscerent, quin ullam ex eale molestiam sentirent. Quod si quis vereatur, ne ejusmodi res Scholasticae Theologiae studiis officiat, is certe nescit quantum temporis Scholastici nostri

vel in occupationibus prorsus inutilibus vel in otiosis colloquutionibus perdant qui nihilo tamen minus si mediocre habeant ingenium, suo muneri satisfaciunt, tum in examine quo de eorum Professione agitur, tum in disputationibus vel privatis, vel publicis.

XXXVII. De Philosophia, et Mathematica

Venio iam ad Philosophiam de qua praecipua est eorum querela, qui aliquam in Studiorum Ratione mutationem fieri vellent. Alia enim apud Veteres, alia apud Recentiores esse videtur et nonnulli quidem huic locum apud nos nullum esse vellent, alij veterem eliminandam censent. Plerique quaestionum Elenchum praefigi cupiunt, ut quid ex utraque tradendum sit Praeceptores sui sancitum noverint.

Recentiorum Philosophia, si recte accipiatur, nihil opponitur Scholasticae veterum Philosophiae. Id ita esse, et in quo differant ostenditur n: XXXVII. usq: ad XL.

XXXVIII De tota ipsa re hoc prius statuo non sic inter se comparandas esse veterem, novamq Philosophiam, quasi duas sectas inter se pugnantes; sed quasi duo philosophandi genera plurimum diversa, tum pro diversa quaestionum natura, tum pro diversa methodo, qua in quaestionibus resolvendis utuntur* hi eatenus progrederentur, quatenus geometricis rationibus experimentis compertas naturae vires ad universarum rerum constitutionem cognoscendam liceret adducere. Quare duas haec philosophia habet partes: naturae, ut ita dicam, hystoriam, quae scilicet exponit quid in singulis rebus multorum Annorum labore ab hominibus

*Ex quo enim Galileus nobilis Mathematicus Geometriam naturae Phaenomenis explicandis adhibere coepit, eius methodum sequuti Philosophorum praestantissimi ita philosophari coeperunt, ut eatenus &c *

Solertissimis compertum fuerit, et Geometriam sive Mechanicam quae vel ex datis effectibus in causarum vires inquirit, vel ex datis causarum viribus effectus ab his pendentes definiat. Et haec est Philosophia recentior, quae apud Homines doctos maxime viget, semperque vigebit, ut patet, cum maxime aborreat ab incertis humani ingenij commentis. Nam quod ad hypotheses attinet, quas primi excogitarunt, qui Peripateticis bellum indixerunt, eae sponte sua jam fere omnes conciderunt, nullumque nobis negotium facessunt, et quamvis non aequum putem a tris hominibus repudiari omnino, in his praesertim regionibus, in quibus populari quodam studio adductae vigent; esset tamen a ratione alienum si nos aut Cartesio, aut Gasendo vellemus addicere, cum ipsi recentiorum doctissimi hoc iugum sectarum excusserint.

XXXIX. Haec si recte perpendantur manifestum est Recentiorem Philosophiam non hanc quidem hypotheticam, sed sinceram illam, cuius indolem paucis verbis exposui, methodo magis, et rebus a Scholastica Philosophia differre, quam opinionum repugnantia. Si pauca excipiantur, in Physicis Aristotelis placitis adversa, in quibus Geometriae, certisque experimentis obniti supervacaneum omnino est, et a recta ratione alienum. Huiusmodi esse censeo, quae de vacuo, de luce, et alijs nonnullis Philosophus tradidit;

in quibus non video f

in quibus non video quid invenit illam a nostris Philosophis deseri. Neque enim puto idcirco nos a majoribus nostris huius Philosophi sectae addictos esse, quod eius famae consultum esse cuperent, sed ob eam potissimum causam, quod eius auctoritas in universis Europae Academiis tumtemporis vigeret, nec illam a nobis repudiari par esset, cum certa hominum offensione. Nunc cum res secus contingat, et rationi cedendum est, et tempori serviendum. Quare tota haec de Philosophia deliberatio huc demum revocanda esse videtur, ut definiatur quid in utroque Philosophandi genere a nostris praestari par sit. Scholasticam Philosophiam abijcere nemo, ut puto, velit, qui sentiat quantum inde incommodi Theologia passura sit.

XLI. At Philosophiam Mecanicam (sic enim hanc in posterum appellabo) repudiare, turpe est omnino praesertim hoc tempore, et alienum a fine, quem in scholis habendis Societas nostra sibi proposuit. Neque enim video quid ad divinam Gloriam conferat, si dum in scholastica tradenda toti sumus, Iuventutem a nostris scholis dilabi patiamur, ut vel ad scholas Haereticorum se conferat, quemadmodum in nonnullis regionibus contigisse novi, non solum ex liberorum hominum sermonibus, sed etiam ex hominibus de seculo, qui ea de re jure optimo conquerebantur. Nec vero putandus est illos a nobis quidquam postulare, quod sit a nostris rationibus alienum; cum enim

Recentiorum Philosophia aequum non est a nostris praetermitti ob causas expositas n. XLI.

Philosophiam profiteamur, quis ad hanc facultatem neget pertinere quaestiones, quas Philosophia recentior pertractat? de Universi constitutione, de motu sydorum, quatenus ad naturales causas, et leges refertur; de maris aestu, de Luce, et coloribus; de gravitate eiusque affectionibus quae certissimis experimentis compertae sunt, de Sono; de Aere, et aliis innumeris eiusdem naturae rebus?

XLI At quam facile intelligitur necesse omnino esse utramque Philosophiam a nostris hominibus tradi, tametsi arduum, et difficile viam inire, quatenus in utraque Professores certo habere possimus. In primis nemo non videt ex iis quae dixi Mathematicam diligentius a nobis excoli oportere, quam hactenus factum sit; est enim impossibile quemquam Geometriae ignarum in Mechanica Philosophia cum laude versari. Quod si qui sunt, qui aliter sentiant, hi erunt profecto, qui has facultates vel nihil omnino vel admodum leviter attigerunt. Sed in hac V.ª R.ª V.ª oro ut malit mihi credere, et si non mihi at saltem celeberrimis Europae Academiis, quae utramque scientiam ita complectuntur, ut alteram judicent ab altera disiungi non posse. Quin etiam si Recentior Philosophia apud nonnullos nostrum male audit, id potissimum est in causa, quod illam tradere aggressi sunt homines Matheseos ignari, qui hoc praesidio destituti in publicis Disputationibus turpiter interdum haeserunt.

Haec Philosophia, quae Mechanica dicitur, ut a Scholastica distinguatur, ita est cum Mathematica coniuncta, ut sine hac illa nequeat intelligi. n. XLI.

XLII. Quo pacto Mathematica diligentius excoli possit, docet nos luculenter prima Studiorum Ratio, quae si in hac parte tota in usum adduceretur, maximum exinde beneficium Pti Congregationi Societati afferret. Divinasse mihi videntur Majores Nostri, quae nam post illos tempora sequutura essent. Nam illis temporibus iam erat usus huius facultatis circumscriptus, ut hinc putem non immerito VII Congreg.nem Glem supervacaneum censuisse tantum a nobis in his studiis operae collocari.

Mathematica igitur diligentius excolenda est ex his, quae in prima Studiorum Ratione sancita sunt.

XLIII. Curandum in primis est ut Matheseos elementa publicentur, in quibus tradantur quae sunt maxime necessaria cum ad reliquas facultates, tum ad eam Philosophiam de qua praecipua quaestio est. Magni esse arduum ea ita digerere in tres partes, ut Philosophis Nostris triennio possent explicari. 1a pars contineret Geometriam planam Euclideâ multo breviorem: Arithmeticam tum communem tum speciosam, amputatis ex hac difficilioribus quibusdam rebus, quae et subtiliorem habent indaginem, et necessaria non sunt ad ea explicanda, quae publicae scholarum disciplinae sunt accommodata: Praeterea Geometriam solidorum et Trigonometriam tum planam, tum sphaericam. 2a pars Astronomiam sphaericam contineret, in qua etiam Geographiae principia traderentur: Gnomonicam: Sectiones Conicas, et Mechanicam. 3a demum pars Astronomiam Planetariam, Opticam, et huic affines facultates

Ut id fiat, Elementa conscribenda sunt ad finem nobis propositum opportuna. Cuiusmodi esse debeant indicatur n: XLIII. Quod si hanc Provinciam P. Glis Pri Boscovich commendaret nihil dubito, quin optima habere possemus Elementa.

XLIV. His ita constitutis, duos oportebat in Rom.° Coll.° Matheseos Professores, ut prima Studiorum Ratio constituit. Horum alter publice explicare deberet Elementa, quae diximus, et iisdem Discipulos exercere. Ac Logicis quidem primam partem exponeret per horam ante ipsorum Lectionem Matutinam: Physicis vero secundam partem per horam ante Lectionem Vespertinam. Tertiam partem possent per se tertio Philosophiae anno excurrere, praesertim cum in promptu habeant quem in obscurioribus locis possint consulere. Neque novum aliquid R.ª V.ª a me credat induci cum Logicos in Mathematicis instituendos dico. Id ipsum praecipiebat prima Studiorum Ratio, a qua in hoc unice discessi, quod cum illa post Paschales ferias Logicos ad Geometriam promoveat, ego hanc dilationem sustuli, idque ob necessitatem huius doctrinae multo majorem nunc, quam illis esset temporibus.

Duplex Matheseos Professor in Coll.° Rom.° constituendus ex Majorum N.rorum sententia.
Primus explicandis Elementis incumberet non solum Physicis, sed etiam Logicis. Causas exponit n.° XLIV.

XLV. Primi huius Matheseos Professoris cura poterat hac ratione Mathematicos nobis dare satis bonos; verum cum magnopere intersit aliquos in his etiam optimos habere, volebant Majores N.ri seligi ex reliquis, qui ad haec Studia maxime viderentur idonei, ut absoluto Philosophiae curriculo huic facultati se totos impenderent. In his Domi privatim excolendis suam operam alter Matheseos Professor collocare deberet. Ac prima quidem Studiorum Ratio

Seligendus ex Philosophis saltem interdum aliquis, qui a munere docendi vacet, ut aliquot annos Mathematicae se totum impendat. Causas exponit n.: XLV.

In his excolendis alter Matheseos Professor laboraret

BIBLIOTECA

ex qua ista desumo, binos singulis annis seponi volebat, qui a Scholarum inferiorum munere eximerentur, ut duos, vel tres Annos in hoc Studio impenderent. Ego vero tantum non audeo his temporibus postulare, sed tamen interesset magnopere unum saltem altero quoque Anno seponere; Nam reliquos quidem habebimus in hac facultate satis bonos, hos vero quam optimos, qui vel Mathesim suo tempore cum laude profiteri possint, vel Philosophiam Mechanicam in majoribus Collegiis. Nolim tamen alterum hunc Matheseos Professorem intra Domesticos parietes ita delitescere, ut nihil publice praestare debeat, quid autem illud sit dicam paulo post, ubi rationem tradidero, qua ista recentior Philosophia tractari debeat.

XLVI. Uti Mathematicos habeat Societas partim bonos, partim optimos, habebit item qui in hoc philosophandi genere cum Laude versari possint. Videndum est iam quomodo res ista ordinari debeat ne Mechanica Philosophia Scholasticae quidquam officiat. Ac primo quidem aliter res constituenda videtur in Majoribus Nostrorum Collegiis, ubi multiplicis doctrinae Professores habemus aliter in Minoribus. Dicam primo de Majoribus.

Quoniam Mechanica Philosophia a Scholastica magnopere differt; praestat in majoribus Collegiis has Facultates ita dirimi, ut alij Scholasticam biennio doceant, Unus mechanicae se perpetuum addicat. modum, et causas exponunt Num. 47. et 48.

XLVII. Quoniam, ut dixi, hoc Philosophandi genus, ut et Matheseos doctrina, quae cum illo est arctissime coniuncta, nullam habent cum Scholastica Philosophia affinitatem, ita

nihil ad Theologiam, et parum admodum ad reliquas Scientias conducunt, ubi Astronomiam, et Geographiam exceperis, quae Cronologiae, et Hystoriae multum inserviunt. Cum autem, si multum operae in tam diversis facultatibus ab omnibus collocetur, ingenia obrui necesse sit, omnes ex aequo his studijs addici illud praesertim haberet incomodi, quod optimos in singulis facultatibus habere nefas esset. Jam vero si qui Theologiam seu Scholasticam, sive Dogmaticam profiteri debent, prius Philosophiam utramque tradere jubeantur, incredibile est quantum laboris, et temporis impendere deberent in studijs, quorum alia nullam alijs conferunt utilitatem. Quare optimum factu censerem si hae disciplinae ita dirimantur in nostris Universitatibus, ubi quam optimos Professores habere praestat, ut singulis generibus singuli perpetuo addicerentur.

XLVIII. Qui linguarum peritiae et Scholasticae profitendae maxime videntur idonei, hos vellem Scholasticam Philosophiam biennio tradere, et deinde ad Theologicas facultates transferri. Hoc ipsis magnum commodum afferret. 1°. Si ad sacras facultates animo inclinent non cogentur magnum laborem multumque temporis in Mechanicis et Geometricis impendere, ex quibus nullam in posterum capiant utilitatem; 2°. Citius se ex Philosophicis expedirent, et ad Theologicas facultates transferrentur.

XLIX. Hos itaque Philosophi tri primo, et secundo Anno audirent. At tertio anno vellem eos audire Philosophiae Mechanicae et alterum Matheseos Professorem. Etenim huius alterius Mathematici Professionem ita cum Physicae Recentioris professione coniungerem, ut alter Matutinis, ~~alter~~ alter vespertinis horis in eadem Schola doceret. Et Mathematicus quidem singulis annis de singulis Matheseos partibus uberiorem, et fusiorem tractatum tradere posset, iisdem nempe diebus, quarum prima haberent rudimenta discentes in Elementis; ac potissimum ea dictaret, quae majorem habent cum physica affinitatem. At Philosophus Mechanicus ex infinitis propemodum argumentis, quae ipsius Professio complectitur, illustriora quaedam seligeret, in quibus illustrandis ita se impenderet, ut tempus permitteret. Ita non omnibus Annis eadem traderet, cum omnia unius Anni spatio includere sit impossibile, etiam iis qui Methodo nunc usitata Physicam tradunt. Sed neque necesse esse ut Discipuli omnia ea Praeceptoribus addiscant, ut in ipsa Theologia videmus, sed satis habent si illustriora aliqua, et magis necessaria addiscant. Hoc pacto facilius invenientur qui se huiusmodi professioni perpetuos addicant; ac praeterea otium haberent, quod in ipsis experimentis naturalium rerum instituendis possent impendere, ex quo res magnam

Mechanicae Professor una cum altero Matheseos Professore in eadem Schola docere debent, alter Matutinis, alter vespertinis horis. Causas vide[?] in n.º 49.

Quod si qui sunt ex Discipulis, quibus hoc Mechanicae Philosophiae, et Mathematicae studium inutile videatur, poterunt hi una Scholastica contenti, quam per biennium audierint ad Scholas habendas uno anno citius destinari.

apud exteros commendationem, ac laudem sibi Societas compararet.

Et haec in Majoribus Collegiis. At in minoribus ubi haec munerum partitio institui nequit, necesse est eosdem Philosophos in utroque Philosophandi genere versari. Atque hic potissimum locum haberet quaestio de Planctio constituendo, ex quo sciri possent, quid ex utraque Philosophia tradere debeant. Verum in hac re nihil universe praecipi posse arbitror. Praestat enim Provincialium judicio rem totam committere, qui audito PP. Gls. statuere possit ex doctorum Provinciae suae judicio quid singulis Civitatibus sit magis opportunum. Haec ratione gesserunt Majores Nri; ut videre est in prima Studiorum Ratione, Reg. 3., quae de opinionum delectu idem, quod ego innuo, sancivit. Certe in Provincia nostra, qui Florentiae, aut Senis docent plus proficient si Mechanicam Philosophiam magis excolant, quam Scholasticam. At in Piceno libentius haec excipitur quam illa. Res pendet ab audientium potissimum qualitate. Nam qui ad jus civile, aut Moralem, vel Scholasticam Theologiam properant Scholasticam malunt, utpote rationibus suis magis consentaneam. Atqui honestae cujusdam eruditionis causa Scholas frequentant res discere malunt, de quibus in Hominum saecularium congressibus libentius disserere audiantur.

In minoribus Collegiis, ubi utraque Philosophia dirimi non possit, aliquid ex utraque ab eodem, vel iisdem Professoribus tradendum est, sed in hoc cujuslibet Civitatis studiis serviendum est videatur num. 5a.

Occurritur Difficultati, quae fieri posset ex hominum paucitate.

L.I. Cum duos esse velim a Grammaticae docendae munere exemptos, qui se linguarum studiis addicant, et unum qui Mathesin tradat, cumque praeterea biennium concedi postulem ad repetendam Theologiam his, quibus a nostris Legibus conceditur, nihil dubito quin hominum paucitas objiciatur ut quae vetet tot homines ad haec Studia seponi; quare necessarium duxi huic occurrere difficultati ante quam generales causas exponam, ex quibus in Litteris tantum detrimenti passi sumus.

L.II Ac primo quidem satis mirari non possum, cur haec hominum paucitas non objiciatur cum de novis Collegiis admittendis agitur. Novissime admissum est in hac Prov.ª Coll.^m Senogalliense; itaque ubi aperietur nihil dubitamus quin Provlis sit habiturus in promptu duos saltem Grammaticae Praeceptores qui ibidem doceant; praeterea Lectorem Concionatorem, et duos alios ad minimum, sacerdotes, idque in Oppidulo nullius frequentiae (nam tale revera est licet Episcopum habeat) ubi iam publicas habent Scholas PPres Scholarum Piarum! An major videtur utilitas ubi de novis Collegiis admittendis agitur, quam ubi ratio ineunda proponitur, qua Societas homines habeat doctos, et suis muneribus obeundis idoneos? Habebit ergo Provlis ultra praesentem magistrorum numerum duos quos singulis annis huic novo Collegio

seponat, unum non habebit, quem, vel studio Linguarum, vel Mathesi addicat. Utinam de supplimendis potius nonnullis Collegiis, quam de novis admittendis in hac Prov.a tractetur. Nimis enim multa habemus Collegia, quae nobis plurimum obsunt, et oppidis in quibus sita sunt parum prosunt. Laboramus certe hominum paucitate, ac propterea admittuntur in Societatem homines nullo, vel admodum exiguo delectu. Quanto satius esset, vel aliquod ex his Collegium supprimere, ut P. Oliva censebat, vel aliqua vicinis Provinciis saltem ad tempus committere, si non et ipsae paucitate vocationum laborant? At nunc dum Collegia, et munera multiplicare non desistimus, cogimur in Grammaticae scholis consenescere, detrahitur litteris scholasticis necessaria cultura, eoque rem adducemus ut Provincia nostra nonnisi bonos aliquos habeat Pedagogos.

LIII Vidit hoc in ipsis initiis Societas: Unde Congregatio Generalis secunda Decret. VIII rogavit R. P. Gen. et serio commendavit ut potius applicaret animum ad roboranda, et ad perfectionem adducenda collegia jam admissa quam ad nova admittenda ...... Cumque plures apposuisset conditiones, sine quibus novum Collegium admitti non oporteret (quae certe in hoc Senogalliensi non inveniuntur) addit: Nec admittatur licet haec omnia suppeterent, si non haberet Societas Rectores, ac Magistros ac demum operarios in vita ac doctrina

BIBLIOTECA

idoneos. Sed redditruum videlicet opulentia oculorum aciem nobis praestringit, ut hic hominum paucitatem non videamus, quam tamen videmus ubi ratio ineunda proponitur, qua Societas doctos habeat homines, qui eius existimationem sustentent, sine qua bonis vocationibus nunquam abundabit.

LIV. Certe si munerum, et collegiorum multiplicitati non aliter satisfieri possit quam necessariam hominibus nris culturam in spiritu, et litteris detrahendo, nemo sanae rationis negabit, quin satius sit aliquot ex his muneribus, aut collegiis abdicare, quam tantum in nos detrimentum admittere.

LV. Verum non eo rem, puto, redactam esse, ut his extremis remedijs indigeamus, satis erit, meo quidem judicio, si attente superiores circumspiciant quibusnam ex muneribus sine ullo, aut nostro, aut divinae gloriae detrimento nri homines eximi possint. Tales esse puto Rei domesticae Procuratores in minoribus Collegijs. Nam in Majoribus quidem cuiusmodi est Romanum Coll:um causas esse video gravissimas, cur necesse sit sacerdotem ex nostris rem domesticam procurare. At in minoribus non video cur doctores ipsi id munus obire nequeant. Supprimi etiam possent in Rom.o Coll.o aliquae Cathedrae, quae nullam afferunt, vel nostris, vel externis utilitatem: tales sunt Moralis Philosophia, et Theologia Dogmatica^ a controversiarum professione distincta. Et alia sunt munera, quae potius ad fovendum otium

quam ad distribuendum laborem homi-
nibus nris imponuntur, quae si Superio-
res sublata vellent non tantam sentirent
Hominum paucitatem: quid autem cau-
sae sit cur hadie otiosorum officia mul-
tiplicentur ex sequenti capite R: V.
poterit intelligere.

De generalibus causis, qbus tantum in Litteris detrimenti passi sumus —

LVI. Omnes una complectar, quae pestis studiorum est, atque pernicies cui nisi occurrat efficacioribus remediis nostra Congregatio, nihil omnino proficiet quas-cumque demum leges constituat.

LVII. — Studia negligere, ei ad socie-tatis ministeria obeunda ineptum se red-dere, nihil apud nos adfert incomodi, utilitates autem multas.

LVIII. — Si quod adferret incomodum scientiarum ignoratio illud esset praeci-puum, quod huiusmodi homines ad pro-fessionem quatuor Votorum leges no-strae non admittunt. Sed tantam esse videmus in hac re facilitatem, ut si quis interdum a Professione excludatur, vel id fortunae calamitati tribuat, vel ju-dicium, et Superiorum minus aequum erga se animum accuset. Hoc verissi-mum possum affirmare admissos fuisse postremis hisce Annis ad Professionem Homines quos nemo vereatur jurejura-rando affirmare Theologiae, ac Philo-sophiae ignorantissimos esse, et fore. Unde nam oriatur ista facilitas non est

huius Loci quaerere, Sed qui ad Studia deputati Sunt curare debent, ut ab his ad quos pertinet in has causas inquiratur.

LIX. Venio ad utilitates. Peracto Theologiae curriculo huiusmodi homines si Sint mediocriter indocti non ita multum proficiunt: at si Sint ad Legendum, et concionandum omnino inepti, commodissimam vitae rationem Sibi propositam esse Sciunt; nempe paratam habent ad omnia munera excusationem, nisi aut Rectores fiant, aut in aliquo Seminario Superiores, aut Oeconomi.

R. Vª vix credet, Sed tamen potest interrogare quos velit huius Provinciae Patres, et etiam Hyspanos, qui Theologiam professi Sunt, quoties viderint absoluta Theologia optima ingenia, quibus Legendi munus erat in posterum imponendum, iterum ad Grammaticam docendam deputari, ut hebetioribus, et a Labore alienis aditus esset ad ea munera obeunda, quae sibi deinceps perpetua facerent ut in otio consenescerent. Id potissimum in causa est, cur multi, qui caeteroquin vires haberent, et ingenium, Studia tamen abjiciant, nec nisi perfunctorie obeant, rei scilicet indignitate commoti; dum vident plus ponderis habere certorum hominum commendationes, vel falsam quamdam Superiorum commiserationem ad vitam commode instituendam, quam recta ratio ad Labores, et munera pro cuiusque viribus, et ingenio distribuenda.

BIBLIOTECA ... U...

LX. Hinc hominum paucitas, de qua sub initium dictum est. Dum enim a Grammatica docenda eximuntur, qui unice ad eam rem sunt idonei munera omnia iunioribus sunt imponenda, qui nullam proinde in superioribus facultatibus excellentiam possunt acquirere. En vitae cursum qui ab illis peragitur. Peractis studiis Theologiae iterum Grammaticam docent, exinde ad tertiam probationem duobus, vel tribus mensibus absolvendam mittuntur: Hinc ad Philosophiam legendam, cum nihil otii prius habuerint quo se ad id munus compararent. Ubi Philosophiam in aliquo Collegio docuerint, qui praestantiores habentur Romam vocantur; ubi eamdem facultatem iterum profiteantur, quam ubi absolverint jam annum quadragesimum aetatis, ut plurimum attingunt; itaque de otio honesto jam cogitant magis, quam de novis laboribus. Sed tamen, si idonei judicantur ad Theologiam Scholasticam legendam promoventur labore jam defatigati, et iis praesidiis destituti, quibus 11.a et 12.a Repetentium Reg.a Theologum instructum esse voluit, unde non aliud illis suppetit, quam ex superiorum Professorum scriptis Lectiones quas dictent, cursim excribere.

LXI. In ista rerum dispositione num fieri possit, ut Provincia nostra in singulis facultatibus praestantes homines habeat, quivis facile judicabit.

LXII. Quanto melius res ordinarentur si Grammaticae docendae addicerentur

qui aliis muneribus sunt inepti?
Primum haberet Societas, qui se huic
muneri perpetuos darent, quod magno
Scholarum bono Majores Nri voluerant.
Secundo posset huius muneris tempus
illis adimi, vel imminui, qui multo
utilius majoribus suis facultatibus im-
penderent. Posset biennium ad repe-
tendam Theologiam praestantioribus con-
cedi: posset, Linguarum studiis, quas
dicebam Latiores, singuli singulis an-
nis, vel altero quoque anno addici;
posset si non semper, at saltem tertio
quoque Anno Philosophus seligi, qui
Mathematicis Disciplinis se dederet,
ut in prima Studiorum Ratione prae-
cipitur. Quae si omnia fierent du-
bium non est, quin in singulis facul-
tatibus praestantes homines Societas ha-
beret.

LXIII Huc accedit quod nihil
confert ad regularem Disciplinam tam
multos habere Rectores, qui a Subditis
despiciantur tamquam homines nullius
doctrinae, et qui Religionis onera gravio
ra ferre, vel noluerint, vel non potuerint
Quique demum ideo praesint, quia erant
ad parendum inepti.

LXIV. Ne sinat, quaeso, R. V. sibi
imponi ab aliquo, qui forte dicat esse in
Provincia nra homines, qui gramma
ticae docendae perpetuos se addixerint.
Possunt enim vere duos, vel ad summum
tres nominare, sed hi sunt eximiae
probitatis homines, qui magno virtutis
studio hoc onus amplexi sunt, cum

BIBLIOTECA CIVICA

cpiunt alias ad coetera non ineptissimi. Sed adhuc hoc verum est Rectores certo fieri qui ad reliqua munera inepti, hoc munus obire recusent.

§. XV. Huic malo ut occurrat Glis Congreg.e decernere deberet primo ut qui Concionibus, vel Superioribus facultatibus profitendis minus videntur idonei, Grammaticae docendae omnino addicantur, quamdiu Superioribus visum fuerit, cum hoc munus ad ipsos quoque Professos pertinere declaratum fuerit. Secundo, ut ne quis post emissam Professionem, vel Rector fiat, vel Minister, vel in ullo Seminario Superior, nisi vel grammaticam absolutis Theologiae studiis iterum per quinquennium docuerit, vel saltem triennium, aut quadriennium Philosophiam professus fuerit, aut tantumdem in verbi divini ministerio temporis insumpserit. Tertio utrorum Collegiorum, quae vel ipsa sunt Universitates, vel in Urbibus sita, in quibus Universitates existunt, Rector non fiat nisi qui in similibus Collegiis Professoris extiterint.

Haec si decerneret Congreg.io Glis (quod opto prius, quam spero) paucis annis videremus profecto sublata omnia haec detrimenta, quae in Litteris passi sumus.

[illegible]

Pro studiis—

Expositio postulati a Congregatione Provinciali Minoris Poloniæ Admodum Reverendo Patri Nostri porrecti et Ejusdem Congregationis actione 3tiá Patribus Electoribus Commendati: ratione iniuriosæ exdivisionis Provinciarum Poloniæ.

Duplex est origo inæqualis hujus exdivisionis. 1mo Quod quatuor Patres Commissarii ad eam expositi, nempe; P. Baczynski Provincialis, et socius illius P. Wygonowski, P. Zoltowski, et P. Kozminski loco Patris Wagner Romæ relicti, omnes fuerint partium Majoris Poloniæ. Unicus Pater Mrozinski fuit ex parte Minoris Poloniæ: ... enim Durin iam declaratas assistens neutrius Provinciæ parem tunc potuit, Imo esto pro Justitia vellet non poterat prævalere pluralitati. Nec deerat Romæ, qui injuriosæ divisionis plantam sustentasset. Secunda origo; quod pro regula exdivisionis assumpta sit æqualitas Collegiorum in numero, nihil deliberatum est ... substantia Collegiorum.

Hæc inæqualitas quo ad substantiam deducitur per comparationem status habitualis et actualis Collegiorum unius Provinciæ, cum statu Collegiorum alterius Provinciæ.

1mo Provinciæ Minoris Poloniæ pleraq etiam seminaria, uti duo Jaroslaviensia, Ostrogiense tertium, Collegia, Cremenecense, Luceoriense, Juracense, Crasnostaviense, Barense, sunt fundata in Oppidis satis abjectis, desolatis, aliqua in Oppidis solis Judæis et abjectâ plebe refertis. E contra collegia Majoris Poloniæ sunt ... ata in Civitatibus Regni primariis, muratis, Civili populo ... mo refertis, unicum si dematur Collegium Ravense. Et esto sunt aliquæ Civitates ex parte Lutheranismo infectæ, omnes tamen et Catholicis abundant, et incolis honestissimis.

2do Quia Minoris Poloniæ duo seminaria Jaroslaviensia, tertium Ostrogiense; Collegia, Barense, Stanislaopolitanum, sunt fundata in Oppidis hæreditariis Magnatum, eorum fundationes in suo esse et conservari, pendent a favore hæredum, et esto quid de eorum fundatione sibi approprient, uti de facto est, jure cum illis agi non possit citra evidentem offensionem, et periculum plura amittendi. E contra Provinciæ Majoris Poloniæ omnia Collegia nullo excepto habet fundata in Civitatibus Regiis, adeoq et jure Regni stabilita.

3tio Quia Minoris Poloniæ quædam Collegia ad fines Turcia Tartariæ Moschoviæ sita, sunt exposita hostilitati, per qualem; olim Collegia Xaverianum, Fastoviense, Novogrodense, Peraslaviense diruta sunt. Sunt exposita continue quotannis

incursioni, et depraedationi, imo periculo vitae nostrarum Personarum. Ideoque P. Provincialis noster citra suum discrimen non potest illa visitare nisi hyberno tempore, quo dicti praedones aliquando quiescunt. E contra Provincia Majoris Poloniae procul est, et immunis ab hoc malo.

4to Provincia Minoris Poloniae plura medietate Collegia habet nondum perfecta, Insuper Camenecense, Barense Stanislaopolitanum Ovrucense Templis carent. Sandomiriense Templum proximam minatur ruinam. Lublinense post funestam sui Conflagrationem multis adhuc impensis indiget. Collegium Leopoliense in angustiis loci positum, ut Scholas antiquas in Collegium redigat, et novas fundet, pluribus annis, et multo sumptu etiam in emptionem fundi ad id opus habet. Collegia Barense, et Ovrucense adhuc lignea sunt. Insuper Collegium Cremenecense nonpridem amisit 40 milia suae fundationis locata apud Dnum Czarnecki, quia suis bonis ob potioritatem Creditorum est abjudicatus. Amisit quoque et Villam a Celsissimo Fundatore datam, eo quod non fuissent bona terrestria. Collegio Ovrucensi Illustrissimus Episcopus Kiovensis ademit Villam, alteram quoque se recepturum minatur. Unde duo haec Collegia ne rursus ad statum Residentiarum a quo non pridem sunt elevata, redeant, justus est metus. E contra nihil simile Provincia Majoris Poloniae in suis Collegiis remonstrare potest. Nisi forte Collegium Petricoviense unicum dicat, quod nondum suam fabricam perfecerit. Cui tamen perficiendo, praeter [illegible] et summas Collegii, alia distincta summâ in eum finem Collata, est benè provisum. Collegio Conecensi nihil deest ad perfectionem praeter fenestras fores et similia minora, pro paucis reliquis Cubiculis de novo superadditis.

5to Quia etsi in exdivisione cesserint Provinciae Minoris Poloniae 4. Seminaria, sicut 4. pariter Provinciae Majoris Poloniae, attamen illorum inter se Collatorum longa est disparitas quo ad substantiam. Nam primo Seminarium Cracoviense Tyrocinii Provinciae Majoris Poloniae, ex antiqua sua fundatione alebat Tyrones totius Poloniae; demum non pridem ab hinc sub regimine Patris Bunn et P. Popiel aucta est fundatio stabilis millibus ultra 200. Sic aucta fundatione Domus dimidiâ tantum parte, pro sua duntaxat Provincia alit Novitios, et quamvis adjectum sit illi alterum Seminarium Rhetorum, nondum tamen adaequat numerum ipsorum Novitiorum ante exdivisionem spectatorum.

Nam anno immediatè ante exdivisionem aluit Novitios. — . 106.
Anno praesenti Novitios cum Rhetoribus computatos alit — 62.
Evidens ergo est, quod Seminarium hoc sua fundatione nedum sufficiens sit ad sustentanda duo Tyrocinii, et Rhetoricæ Seminaria, sed insuper 44. Personas alere sufficiat. . . . Jam autem Provincia Minoris Poloniæ per exdivisionem privata Seminario Tyrocinii nunc primo illi locum quaerere coacta.

Secundo Seminarium Philosophicum Calisiense Provinciæ pariter Majoris Poloniæ sua fundatione et manendi amplitudine est sufficiens complecti et alere omnes suæ Provinciæ Philosophos, ut complectitur et alit. Nam anno immediatè ante exdivisionem aluit — 29.
Anno praesenti Philosophos Scholasticos alit solum — . 27.

Tertio Seminarium Posnaniense cum ultra hebdomadarias in rebus provisionem in parata pecunia annui reditus percipiat ad 50. millia circiter, uti experientia Rectorum non a multis ante annis comprobatum est, potest facile alendis Personis tantum sufficere, quare sufficientissimum est ad alendos tam Patres 3tiæ Probationis quam omnes Theologos Scholasticos suæ Provinciæ, quod ipsum vel ex eo deducitur. Collegium Posnaniense est procul dubio sua fundatione potius et longe potius Collegio Lublinensi. Istud ad præsens alit Theologos Scholasticos 45. Porro Patres 3tiæ Probationis qui aluntur Posnaniæ sunt 14. Ibidem Scholastici Theologi sunt 16, huic utrique numero si addantur Theologi Scholastici 16. Cracoviæ ad S. Petrum manentes, evadet summa Scholasticorum Theologorum cum Patribus 3tiæ Probationis 46. Unde patet si Lublinense Collegium longè, et longè statu habituali inferius obligatur alere Scholasticos 45. tanto potius, abundius Posnaniense Collegium maximum in Provincia sufficiet alere omnes Scholasticos Theologos, et Patres 3tiæ Probationis. Proinde supernumerarium, et non necessarium est Cracoviense Collegium Provinciæ Majoris Poloniæ. Nisi forte ad numerum Collegiorum implendum.

E contra Provincia Minoris Poloniæ quia destituta est Seminario Tyrocinii per exdivisionem, idcirco redacta est ad tantas angustias, ut saltem aliis Seminariis locum illi invenire nequeat. Ipso enim Ostrogiense Seminarium Philosophicum cessit in domum Tyrocinii,

CVP A 4..

ast ipsum Philosophicum Seminarium ubi commode figi posset, locus non suppetit. Dispersum est adinterim in tres Cursus, Unus locatus Luceoriae, alter Cremeneci, Leopoli tertius. Sed quanto incommodo, tam Disciplinae Religiosae, ex defectu separationis Juniorum, tum institutionis in Studio Philosophico, ob paucitatem Discipulorum in uno quoque Cursu, et pluralitatem Professorum, Praefectorum ejusdem Studii, imo et Praefectorum Spiritus non finale adaequate sufficientium. Cum quanto insuper gravamine duorum praecipue Collegiorum Cremenecensis, et Luceoriensis, quae eam alieno aere gravata se esse querulabantur in Congregatione Provinciali, et onus sibi intolerabile excusabant. Seminarium Lublinense sustinuit equidem pro praesenti anno Theologos Scholasticos 45. Sed cum in annum immediate sequentem numerus illorum ad 60. excrescat, et sic deinceps, plane impossibile erit, tot capere, multo magis alere. Restant in Provincia Minoris Poloniae duo Seminaria Jaroslaviensia. Unum pro Patribus 3tiae Probationis, Alterum pro Rhetoribus. quibus praesente sustentandis sunt quidem sufficientia, ast nil de super abundanti illis obici potest, adeoque ab illis nec praetendi. Dici quidem potest quod Collegium Jaroslaviense ad Beatissimam aluerat olim omnes Patres 3tiae Probationis Provinciae indivisae. Caeterum meminisse oportet, quod ex insufficientia Collegii necessum fuerit, ut excideret tertia Probatio, postque illius locaretur in Collegio Viaino S. Joannis. translatis alio Rhetoribus. Quandoque dispensatum est, ut una pars uno dimidio Anni, altera altero 3tiam Probationem absolverent. Quandoque plures Patrum duobus, tribus, et aliqui quatuor annis praestolari debebant 3tiam Probationem. Quandoque Provincia notabile Subsidium ferebat ad illos sustentandos. Seminarium S. Joannis Jaroslaviense, postulat, ut ad reparationem Templi divendat argenteam supellectilem, et aliqua Clenodia, quod nec Templum sibi, nec Collegium illi aliter subvenire valeat.

Adversio 1ma

Ultimo ante exdivisionem Anno Seminaria quae cesserunt Provinciae Majoris Poloniae, (ut patet ex Catalogo anni illius) alebant Juvenes Nostros. 179.
Post exdivisionem anno praesenti alunt Solum. — " " 126.
Seminaria quae cesserunt Minori Poloniae ante exdivisionem alebant Juvenes Nostros — " " — — 95.
Post exdivisionem nunc. Coguntur alere — — 155.

Unde clarissime patet, quanta sit et quam improporcionata cum alleviatione Seminariorum Majoris Poloniae, Nostrorum Seminariorum aggravatio. patet quanta insufficientia ferendi onus istud, cui ferendo nunquam paria Censebantur. patet denique inaequalitas exdivisionis Seminariorum quoad substantiam.

Adversio 2da

Provincia Minoris Poloniae in sua exdivisione superavit Personis 116. numerum Personarum Provinciae Majoris Poloniae, ad praesens, et in posterum ut pluribus excedat, est necesse. Quia cum plures Missiones, Scholas, Seminaria, Nobilium Collegia numerat, ut omnibus satisfaciat, plures contineat Personas quas habet.

Spectatis Utriusque Provinciae anni hujus Catalogis Computat Provincia Majoris Poloniae Sacerdotes 267. Missionarios 35. Magistros 35.
" Minoris Poloniae Provincia Sacerdotes 330. Missionarios 62. Magistros 63.

Unde patet evidenter 1mo Numerum Juvenum in Seminariis Nostris debere esse ampliorem, ex quibus Viri Usibus Provinciae, et pares labori formentur Operarii. Consequenter et Seminaria, praesertim Philosophicum quo Caremus, et Theologicum duplicari debere. Patet 2do Domui Probationis Opprogensi imponendum non esse, quod 15. Juvenibus superet Novitios Majoris Poloniae. cum inde plures Philosophos, Rhetores, Magistros, prodire necessum sit. Quocirca huic Domui Seminarium Rhetorum superaddi non potest. Olim Domus haec ante exdivisionem aluit Personas 65, nunc alit plures quam 94. quid amplius ab illa requiri potest.

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

Adversio 3tia

Citra injuriam Personalem dici non potest, quod Superiores Provinciae Minoris Poloniae in fraudem agunt, quando de sorte deteriori suorum Collegiorum querulantur. Siquidem ante exdivisionem anno ultimo et sic antea communiter Collegia Cremenecense alebat Personas 23. Nunc Personas alit 40. Luceoriense aluit olim Personas 34 Nunc alit 48. Leopoliense olim alebat Personas 47. Nunc Personas 60. Lublinense olim Personas 61. Nunc alit 82. Quare, stante tali auctione Personarum quod de proventibus sufficere nequeant, juste querulantur, et necessitatem debitis se involvendi exponunt.

Ignovit hanc inaequalitatem exdivisionis ipsa Provincia Majoris Poloniae, dum ultro obtulit summam 90 millium successive per annos 10 numerandam in subsidium Seminariorum. Sed quid haec inter tantos? et absumpto hoc ipso insufficiente cum annis elapsis subsidio, Provincia Nostra in sua indigentia et defectu pro semper maneret. Unde quod suum est teneat Major Polonia, Minoris Poloniae Provinciam in commoditate aequali Collegiorum, et Seminariorum sufficientia ad collocandos, educandos in Spiritu et Scientiis, ac alendos Juvenes, Demum ab ulterioribus adinvicem triciis a se bene divisam, et dissitam relinquat.

Huic ut satisfiat; non attenta paritate numeri Collegiorum, quae olim in divisione Provinciae Polonae a Lithuana servata non est, nec salva aequalitate in substantia servari potest. id Convenientissimum foret; Quatenus sicut Regnum Poloniae, in Provinciam Majoris et Minoris Poloniae est divisum, ita; quod quid limitibus Provinciarum Regni istarum continetur, id Provinciis Nostris proporcionate cedat, et intra limites dictos sese utraque contineat. Id Conformitas ad divisionem Regni, id ratio Status Ejusdem, Id Tribunalium Regni, Judiciorum Terrestrium, et Castrensium, proporcionatus exdivisioni Ordo, Id Spiritualis Jurisdictionis distinctio, ne in his commisceantur Provinciae exigit. Id Provincia Minoris Poloniae ut postulat congruum existimat.

Interea, si postulatum istud Provinciæ Minoris Poloniæ Admodum Rdo Patri Nostro approbare visum non fuerit, hic ultimus satisfaciendi saltem de congruo Minori Poloniæ occurrit modus. Scilicet Seminarium Cracoviense S. Petri, et Collegia Crosnense, ac Brzesense, cedant Minori Poloniæ. Ratio pro Collegio S. Petri 1ma Quia Provinciæ Minoris Poloniæ, Seminario Philosophico plane destitutæ, nec locum ubi Scholasticos Philosophos alloicet, habenti, nullum congruentius cedere potest Seminarium, præsertim istud Majori Poloniæ superfluum, nam dempto illo sua Seminaria rite collocare potest. 2da Quia conveniens est Provinciæ Minoris Poloniæ in sua Metropoli, (hoc est Cracoviæ) unicum saltem habere Collegium. 3tia Quia id exigit ejusdem Provinciæ Necessitas. Tum ex eo: Quia Collegia Lublinense et Sandomiriense sunt Diœcesana Episcopi Cracoviensis ad quem recursus fieri debet, in promovendis Nostris Theologis ad sacros ordines. Quo ad approbationem Nostrorum, ut Confessiones excipiant, a reservatis Episcopo absolvant, ut prædicent. Quo ad promovendas causas in Consistorio Cracoviensi. Quo ad sustinenda negotia Seminariorum Cleri, quæ Lublini et Sandomiriæ a Nostris administrantur, et subsunt jurisdictioni Episcopi Cracoviensis sui Diœcesani. 4ta Quia Patri Provinciali, Patribus Rectoribus, et Regentibus Collegii Sandomiriensis, et Lublinensis summopere incumbit, ut in Persona accedant Episcopum, et Principem primarium in Regno, quæ omnia fieri commode non possunt, nisi unum saltem Collegium sit Provinciæ Minoris Poloniæ. 5ta Quia Cracovia constituta sedes Regum, et est pro semper locus Coronationis Regum Poloniæ, quibus ad præstandam recognitionem in sua Metropoli, requirit stationem Cracoviæ Provincia Minoris Poloniæ.

Unicum forte dici poterit quod non satis congruè duæ Provinciæ in una Urbe sua Collegia habere possint.

Sed videmus in una Urbe Varsavia, Provinciam Polonam, cum Lithuana optima pace subsistere. Audimus Audomari et Leodii distinctarum Provinciarum non incongruè collocata Domicilia. Spectamus non solum in Regno Poloniæ Magnatum hæreditates, Palatinatuum limites, ad unam se de per medium extendere Civitatem, sed quod Majus est, Distincta Dominia in una Urbe solo dislimitari ponte vel Arce. Aliis Diversorum Ordinum Religiosis in multis commanemus Civitatibus, Cur itaq Societatis JESU, quæ est Societas Amoris et Concordiæ binarum Provinciarum Seminaria cohærere secum, maxime absq periculo præjudicandi sibi in docendis Scholis, et exigente id Justitiâ Congruentiâ, Necessitate, non possint.

Ratio secunda pro Collegio Crosnensi et Brestensi. Quia Crosnense Collegium 20. Milliaribus Polonicis, Bresta autem 54. Milliaribus Polonicis, (quod idem est ac Germanicis) ultra Cracoviam in Minorem Poloniam protenditur. idq ita, ut Cracoviâ Brestam per tres Palatinatus Minoris Poloniæ Cracoviensem, Sandomiriensem, et Lublinensem eundum sit. imo per Collegia, aut in Vicinia Collegiorum Minoris Poloniæ ~~trium~~ Sandomiriensis et Lublinensis transeundum. Unde stante tali extensione Majoris Poloniæ non modo intra, sed ultra ambitum Minoris Poloniæ, non daretur limes et divisio Provinciarum Majoris et Minoris Poloniæ. Siquidem Provincia Majoris Poloniæ, non solum Prussiam, et Majorem Poloniam ex integro teneret,

Sed in minori Polonia Collegia aliqua teneret, et insuper Ultra minorem Poloniam et partem Russiæ in Confinia Lithuania ~~[illegible]~~, idest Brestam pertingeret, Brestense enim Collegium est in Lithuania. Quæ ista et qualis divisio?

Daretur tali divisione libertas Personis majoris Poloniæ Vagari per alteram Provinciam, Domos Procerum, Magnatum percurrere in quo multarum offensarum detractionum proximum periculum est. Daretur facultas et facilitas non modo minora per excursiones Fratrum Eleemosinas pro Domo Stessa exigentium, sed majora etiam a Provincia minoris Poloniæ avertendi beneficia. In quo quanta sit injuria Provinciæ hujus, quantum eidem præjudicium, Clarum est.

Quaeritur 1.

An quod definitum fuerat a Congregat. ante electionem, scilicet, Comprehendi Sentl. sub praecepto de non ambiendo circa Assistentium electionem, confirmari debeat post elect. eorundem Assistentium?

R. Confirmandum quidem, sed ita scribendum decretum, ut nec nominetur Persona Sentij, neque in petitione dubii, neque in ejus decisione. ut si dicatur: Petitum fuit An quis omnino ~~includatur~~ persona includatur sub praecepto de non ambiendo neque per se, neque per alium? ~~Persona includatur?~~ Et responsum ex maxima Patrum Congregatorum numero affirmative includi, ita ut nemo quavis dignitate, ut praerogativa praeditus censeatur ab eo praecepto exemptus.

Quaeritur 2.

An praeceptum impositum de servando silentio circa ea, quae ad electionem pertinent, extendi debeat pro aliis materiis in Congregat. tractandis; et quantum temporis extendi debeat.

Quoad 1. respondeo, non debere extendi universaliter pro quacumque materia, sed tantum si tractandum negotium aliquod grave; ut autem vitentur scrupuli, poterit R. P. N. ubi aliquod grave negotium tractandum occurrat, monere tale negotium esse ejus naturae, ut exigat silentium sub praecepto servandum. Tale autem silentium suff. [illegible] servetur.

BIBLIOTECA CIVICA
34

Quaesitum 13.

An qui loco defuncti Assistentis electus fuit a Gen.li in Assistentem, et postea praestare non potuit juram.tum coram Gen.li defuncto antequam approbata fuerit electio a majori parte Provinciarum Europae. An, inquam, juramentum emittere possit, ac debeat coram Vicario Gen.li?

Resp.o Censeo, quod nec possit, nec debeat tale juram.tum emittere. Moveor, quia deficit tota materia juramenti. Etenim Assistens jurat, quod si [illegible] quid accidat, quo Gen.lis officio suo sit privandus, id revelabit Soc.ti, et Congreg.em convocabit scilicet ad illum privandum officio, et novum Gen.lem eligendum. Jam vero Congreg. convocatam supponit, et quidem ad eligendum Praepositum Gen.lem quo electo, remaneret ipso facto Vicarius officio suo privatus: Ergo nulla remanet juramenti mat.a Inde vanum prorsus esset juram.tum Quod si ante decretum fuit debere juram.tum compleri, deberet aliud juram.tum concipi; quo Assistens promittat se revelaturum Societati mox congregandae eos excessus; ne Vicarius in Praep.tum eligatur, vel ut pro delicti gravitate puniatur. Concipere aut formam hanc novam juramenti, aut quid addere ad S. Parentis N.ri Constitutiones, non illis conformaretur

BIBL.

[illegible]

[illegible]